

www.e-rara.ch

Joh. Henrici Hottingeri, d., Bibliothecarius quadripartitus ...

Hottinger, Johann Heinrich

Tiguri, 1664

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-10565>

Bibliothecae theologiae, Libri II. de Theologia Biblica.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

BIBLIOTHECÆ THEOLO- gicæ,

Libri II. de Theologia Biblica.

C A P. I.

De Bibliorum Exemplaribus Authenticis, Hebraïis Vet. & Græcis, Novi Testamenti, tam MMSS. quam impressis

Argumentum.

1. In Bibliothecis Europæis rari sunt Codd. V. T. MMSS. In Oriente fortè plures. 2. Impressa exemplaria quam lectionem sequantur. 3. inde à duobus penè seculis multa, quorum. 4. alia *usui* quotidiano, alia *ornati*, alia Bibliothecarum *complementis* inserviunt. 5. Fragmenta Bibliorum Hebraïcorum varia. 6. Pentateuchus *Samaritanus* superioribus seculis in Europa penè ignotus, nunc in Bibliothecis obuius est. 7. Codices N. T. Msc. varii, unde & ex quibus fontibus nostræ deductæ sint Editiones. Cautela in examinandis Codicibus illis adhibenda.

De Codd
Heb. Mss.

Quo olim loco literæ Hebraicæ sint habitæ, id verò prolixè alibi à nobis occupatum est. Vnde mirari non subit, librum cujuscunque facultatis Hebraicum, raram in terris nostris fuisse ayem: Bibliorum certè Codices in Europa MMSS. ἀναθήματα erant, & κειμήλια in Regum, Principum, Ordinum &c. Bibliothecis deposita. Quod Ferrariæ alii, alii in Burgundia Esræ autographum ostenderunt, illud γοργείος pridem postulatum est. Sed & Dur-lacensem Codicem alterum (alter enim Epochæ indicia nulla habet) ultra Aben Esræ, adeoque secul. XII. tempora extendi non posse, ex calce patet. *Archipalatinus* olim, Iudæorum iudicio, fuit antiquissimus, nihil tamen de scriptio- nis tempore à quoquam definitum: Qui in Bibliothecis, Regia, Domus Oratorii Parisiensis

Parisiensis, ostenduntur decem Codices Msc. [vel ἀνεπίγραφος, sunt, vel anno 1208. aut 1300. terminantur. In *synagogis iudaicis* obvia Legis Mosaicæ MMII. Exemplaria videas, quæ תורה *id est* דיאלקטא appellatur: Antiqua, procul dubio, nonnulla. Ejusmodi & Bibliotheca nostra Civica habet Exemplar, præter elegantissimum & nitidissimum integri Contextus Hebraici, in forma 8. exaratum & Pergameno inscriptum, Codicem, qui tamen & ipse, non usque adeò antiquus (Annum observavi 1495.) donum est Illust. Ducis Rohanæ. In oriente. & plura, & antiquiora asservari exemplaria, & talia quidem, quæ *Targumim* sive translationes Chaldaicas habent interlineares (cujusmodi & Marchio Durlacensis possidet, & Synagoga Francofurtensis) admodum existimo verisimile. Nomina celeberrimorum per Orientem exemplarium sunt *Hellenicum, Siniticum, Hierichuntinum, Hierosolymitanum, Aegyptiacum*; quæ, cujusmodi fuerint, alibi jam excusimus.

Ex quo verò primùm Codices nostri sint editi, nondum satis exploratè habeo perspectum. Illud in genere notandum, duos potissimum Criticos, *Ben Ascher* & *Ben Naphtali*, Codices suos ea accuratone correxisse, ut illius auctoritatem sequerentur Occidentales, Palæstini; hujus verò Orientales, seu Babylonii. Nostræ Editiones, quod sciam omnes, lectionem *Ben Ascheris* admittunt. Neque enim harum regionum Iudæi aliis utuntur. Id quod *Kimchii, Elia Levitæ, Balmesij* auctoritate [a] probatum pridem est. Sed & author lib. תורת משה ad Genes. 1. v. 3. observat: *Solent omnes Israëlita in his regionibus sequi lectionem Ben Ascher, ac si filia vocis egressa esset & dixisset, ubi dissensio est inter Ben Ascher, & Ben Naphtali, habeatur ratio lectionis Ben Ascher.* Hanc etiam retinet Editio Legis constantinopolitana in folio. Quando verò, & in quibus, duo illi differant Critici Hebræi, ex tabulis variarum lectionum manifestum est.

Ad ordinem nunc Editionum accedamus. Prima observatur prodiisse editio an. Chr. 1491. in folio, quarto & octavo, quæ emendatissima est, sed raro nostris visa. *Buxtorfius* monet, exemplar in 8. ejusmodi apud Iudæos, semel tantum se vidisse. Proximè successit editio Pisarenfis ann. Chr. 1494. in 8. quam nuper demum inspicere mihi contigit. Asservatur enim in Bibliotheca nostra Carolina, qua jam an. Chr. 1500. usus erat literarum Hebraicarum in Helvetia felicissimus restaurator, *conradus Pellicanus*, Theologus Basileensis primùm, postea Tigurinus, de qua ipse ita in vitâ suâ: Eodem anno (1500) providentiâ Dei contigit Bibliopolam Tubingensem attulisse Biblia Hebraica integra, minimâ formâ impressa Pisauri in Italia, quæ nemo curabat. Ego audiens, rogavi virum sineret me opus aliquot

Vnde nostri Codices impressi.

Ordo Editionum V. T. Hebraicæ. In Italia.

[a] Buxtorf. de Antiq. Punct. P. 1. pag. 264.

quot diebus inspicere, dedit, dicens florenno cum dimidio posse emi. Audiens tam parvo are comparari posse, exultavi, adii meum Gardianum Paulum, orans pro me fidejubere. Consensit. Crasi divitiarum me affectum gaudebam. Statim Spiram ad avunculum scribo, orans, ut duorum florenorum munere vel elemosyna me prosequeretur, quibus pro libris comparandis pauper egerem. Statim annuens misit ea conditione, ne me emacem ad alicuiam crumenam exhiberem. Industriam hanc imitati mox fuerunt Typographi Veneti, qui quatuor brevi tempore dederunt Editiones. Prima inchoata an. Chr. 1515. (in quem etiam Complutensis initium incidit, de qua tamen rectius inter Polyglotta) prodiit, an. Chr. 1518. Typis Danielis Bombergi, curâ verò & industria Felicis Pratenfis. In folio excusa est editio, cum Targum & Commentariis, & quarto, in Bibliothecis publicis & privatis obvia. Secunda an. Chr. 1523. incepta, absoluta verò 1518. cui perficiendæ, varioque apparatu instruendæ, Bombergius præfecit R. Ben Chajim, magna pecuniæ summa conductum. Et hæc in folio est; quam prolixè commendavit Elias Levita. Tertia, eadem est cum secunda, edita 1618. sed multò correctior, neque tamen ita correctâ, ut nullam amplius admitteret manum medicam, observante Cl. Buxtorfio. Præf. in Biblia Basil. Quartam dedit annus 25. superioris seculi. Elegans est & nitida hæc editio, cujus exemplar habeo, quod anno jam 1526. usibus magni Bullingeri nostri inservierat. Germania, mox Italiæ æmula, integrum etiam Codicem yulgavit, Basileæ primùm per Sebastianum Munsterum 1534. Hebraico Latinoque; postea sæpe, diversis formis, & in quarta quidem 1536. Frobenii secuta est editio; Magna illa Biblia Buxtorfiana ex intervallo successerunt 1618. Typis Regiis: quæ, præter Crisin Masorethicam, plerosque Commentatores Iudæorum Biblicos, paraphrasin etiam exhibet longè emendatiorem, quam unquam antea fuit visa: sed & Vvald Kirchanis typis editionem ferimus acceptam portatilem, & quotidianis destinatam usibus, ut & Hannoveriensibus; & nuperam, opera studio & sumptibus Ioh: Georgij Nisselij Lugduni Batavorum 1662. elaboratam. In Gallia de hoc præclare meritus est studio Robertus Stephanus, qui per partes primùm elegantem illam in 4. Editionem procudit, sed longa demum annorum serie absolvit. Primæ partes prodierunt annis 1541. 42. 43. 44. Quinque Megilloth demum 1555. quæ secundà prodidiisse videntur cura. Prima enim quinque libellorum Editio incidit in annum 1540. cum privilegio Regio, cujusmodi exemplar & ego habeo, cum translatione & Notis D. Cavalieri, à Ioh. Frisio, Theologo postea Tigurino, an. Chr. 1563. exceptis. Tertia ejusdem, subsequuta est an. Chr. 1559. quam, cum versione, affecta tamen, D. Gualtheri Msc. possideo. Sunt ergò diversæ Stephani editiones, eæque vel solæ, vel cum versionibus. Ex illis aliæ sunt in quarto, cujusmodi Spiræ mihi viderentur.

2. In Germania.

3. Gallia.

dere contigit, aliæ in duodecima, quales hinc inde in Bibliothecis latent. Ex iis verò, prior in amplo quarto, tribus voluminibus; posterior 1586. ex officina Sant Andreana, totidem voluminibus, in folio, Hebraica, Græca & Latina, ex gemina versione, Linguis. Præcessit tamen an. 1539. Editio δωδεκαπέφυτος, operâ Francisci Vatabli.

In Belgio initium fecerunt Christiani, & Antuerpiæ quidem Christophorus Plantinus, cujus aliquot extant Editiones in folio, quarto, octavo; elegantes omnes, & satis correctæ; etiam cum versione interlineari diversis formis. Secuti postea demum fuerunt Iudæi, ἐργασίωκτη menasse, ben israel, cujus auspiciis duplici forma prodierunt Biblia in quarto, cui speciosam diligentiam hederam suspendit editor; & octavo, quæ compendii plus habet in quotidiano usu, quàm accuratioris, quod ipsum Editorem aliquando coram monui.

Ex his Bibliis Editiones alias putamus, tanquam δῶντες καὶ πλεονεξίας Discr. τους quotidianis destinari posse usibus, ut sunt recentiores Basileensis VValdkirchii, men Edl. Hannoveriensis, Amstelodamensis Menasse ben Israel, & nupera Nisseliana: Genevenses editiones variæ. Alias Bibliothecarum potius censemus ornamenta. Neque respectu enim qui Bombergi, Plantini, Stephani elegantissima exemplaria quotidiana tenent, brevique conterunt manu, rectè faciunt. Κεμήλια sunt, quæ ut diu Bibliothecam ornent, mundè tractari, parcèque contrectari debent. Hoc certe si antehac fuisset observatum, tot exemplarium pretiosissimorum, ad quæ, varia oborta lectione, non rarò recurrendum, jacturam non fecissemus. Aliæ, sunt necessaria Ministrorum verbi subsidia, illæ videlicet, quæ versione vel collateraliter, qualis Munsteri est, vel Interlineari, Pagnini, sunt vestitæ. Hæc tantò magis commendata esse debet, quanto religiosius verbis textus inhæret, quantoque parabilis magis est. Novam enim, eamque elegantem Editionem Hebræo-Latinam nobis dedit & Lipsia, & Waltonianum opus Londinense. Sunt denique exemplaria, quæ Bibliothecæ constituere possunt absolutum penè complementum, cujusmodi censeo Biblia Veneta majora, cum Masora, Thargum & Commentariis, quæ tamen multò exhibuit absolutiora duobus Tomis Basileæ Iohannes Buxtorfius, quod solum opus multorum loco esse poterit Commentatorum, separatim excusorum.

Fragmenta quin etiam Contextus sacri plura & à Iudæis, & à Christianis elaborata inde à multis annis vidimus. Bombergus an. M. 303. i. e. 1543. excutavit V. T. dicit Chummasch sive Pentateuchum Hebraico Chaldaicum, cum 5. Megilloth Hebraicis, & Haphtaris. Postea an. Chr. 1590. & 1591. Iohannes de Gara ibidem edidit Pentateuchum cum triplici Targum onkeli, Ionathanis & Hierosolymitano, Commentariis Iarchii, notis quibusdam Masorethicis & symbolicis. Accedunt quinque libelli cum Targum & Iarchio; Liber roledoth abaron, sive Index locorum Pentateuchi & V. Libellorum omnium, quæ in Talmud, Zohar,

AKIDA, IKKARIM citantur, assignato librorum capite, folio & columna. Quæ certè posterior appendix librum non mediocriter commendat. Christianorum studiis Scholasticis, toties repetita Pfalterii Editio, videtur potissimum destinata, qualem Basilea non ita pridem dedit cum versione Pagnini, Francke, ra cum nova translatione Cocceji. Quanquam fortè primis ἑβραϊστικῶν tyrocinij, libri Historici commodius traderentur. Rabbinnica studia juvare pridem voluit Mercerus Editione Δωδεκαπροφήτα cum Thargum & Rabbिनorum Commentariis; quorum in Collegiis privatis usus esse potest commodissimus. Sed & separatim, præter vatabli exemplar, de anno 1539. antehac prodierunt duodecim propheta Minores cum Præfatione Chytræi, Threni Hieremiæ & Ionas, cum versione Munsteri & Hieronymi. Elaus Terferus Genesin, specimen Novæ versionis, paucis ab hinc annis nobis submitit.

Samaritanorum Pentateuchus.

Samaritanam Legem tantum Moysi admittunt. Ab Hebræo Pentateucho caractere potissimum differunt; rariùs, notoriè tamen, verbis & sententiis. Inde ab Hieronymi ætate ad Reformationis tempora obscurum ferè Samaritanorum fuit nomen. Pentateuchum certè videre paucis contigit. Primus, quod sciam, de eo in Europam accersendo sollicitus fuit Scaliger, qui eo nomine ad Eleazarum Samaritanorum sacerdotem scripsit. Voto tamen potiri non potuit, Peirescius, Senator Aquiseptiensis, primam rarissimo obtinendo scripto impendit operam: sed successu à Petro Valleo, Patrio Romano, & Achille Harvæo, Legato primùm Constantinopolitano, postea Episcopo Macloviensi, præventus, tertio demum loco secutus, Codices aliquot obtinuit Samaritanos. Quanquam & hîc palmam mereri videantur nostrates. primus, vel inter primos, qui Samaritanum Pentateuchum in Europam intulerunt, erat Illustriss. Armachanus; cum quo tamen paria fecisse existimo celeberrimum Golium nostrum, qui & ipse, Mercatoris Veneti opera, exemplar acquisivit elegans, omnibusque καλλιγραφίας numeris, absolutissimum. Quod quidem totum cum contextu Hebræico ego contuli, variasque lectiones tum separatim excerpsti majores: tum minores ad marginem exemplaris Hannoviensis annotavi. De his Codicibus alibi à nobis prolixius est actum, ut & de eorum auctoritate, quam ὡς τὸ θεῶν κτλ ἐνὸς extendere quidam voluerunt. Ex his Codicibus MMsc. Editionem habemus Parisiensem, cui, ratione temporis, primæ omnino debentur, & Londinensem, quæ usu magis commendata esse potest, de quibus sequenti Capite ex professo. Satis heic est indicasse, quando, & qua occasione Bibliothecis etiam nostris notè esse cœperint Samaritanorum Pentateuchi, de quibus tam altum superioribus seculis erat silentium.

Novi Testamenti Codices.

Ad Novi ergò Testamenti Codices accedimus Græcos. Manu scriptorum hîc magna se offert copia. Qui notiorum habent rationem Codicum N. T. ostendunt Rhodiensem, Vaticanum, Constantiensem, Britannicum, Aldinum, Hispaniensem

sem &c. Qui verò hîc ἀκριβολογῶν apparatus longè auctiorem promunt. Solus Walton in opere πλὴν γλωττῶν variarum lectionum Συλλογὴν collegit le-
cupletissimam, ex Codicibus MMsc. quorum alii sunt,

N. Hispanici, a. Codices illi vetustissimi, ex quibus adornata fuit Editio N. T. Complutensis, de quibus postea. b. Sedecim exemplaria, quorum octo erant ex Bibliotheca Regis Laurentiana: unde Marchio Valesius, Petrus Faxardus Hisp. lectiones varias IV. Evangeliorum collegit. **3. Gallici & Geneveses** a. Evangelia & Acta Græco Lat. vetustissimum exemplar, quod Academia Cantabrigiensi Beza donavit. b. Epistolæ Pauli Græco Lat. antiquissimum Fratrum Puteanorum. Hunc Codicem Beza Claromontanum suum vocat: alteramque existimat partem Codicis suis vetustissimi. Versio Latina à Vulgata sæpe differt, unde probabile est, esse versionem illam antiquam, qua utebatur Ecclesia Latina ante Hieronymi emendationem. c. Septem Codd. quibus ex Bibliotheca Regia usus fuit Robertus Stephanus. d. Quinque Codd. alii, quos idem aliunde corrogavit. **4. Italici**. Inter Codd. MMsc. Stephani vetustissimum ex Italia erat exemplar. **7. Anglici**, iique plurimi, a. Quatuor Evangelia MMsc. in Collegio Gronvilli & Caji in Academia Cantabrigiensi, quondam Communitatis Fratrum Minorum Oxoniæ. Nullam habent annotationem κεφαλαίων, Lectionum aut στιχων. b. Epistolæ S. Pauli Græcè in Collegio Emmanuelis Cantabrig. liber (teste D. Jamesio in Catalogo librorum MSS utriusque Academiae) præstans ob antiquitatem, minutis characteribus descriptus. c. Evangelia MSS. Henrici Googe, S. T. D. & Collegii S. Trinitatis apud Cantabrig. nuper Socii. Habet hic liber distinctionem ordinariorum κεφαλαίων (sed non quæ Eusebianis Canonibus sunt accommodata) & lectionum Ecclesiasticarum, cum præfixo Menologio. Liber ex Oriente aduectus est. d. Novum Testamentum quod olim fuit fratris Froy Franciscani, postea Thomæ Clementis, deinde Guilielmi Cleric, & nuper Thomæ Montfortii, S. T. D. Cantabrig. in Evangeliiis habet utraque κεφάλαια tum ordinaria, tum Eusebiana, cum στιχων numero. e. Quatuor Evangelia, Acta & Epistolæ, vetustissimum exemplar in Collegio Licolnienti Oxoniæ. f. Novum Testamentum integrum, excepta Apocalypsi, in Coll. Magd. Oxon. g. Epistolæ ad Romanos & Corinthios, cum Oecumenio, in Magd. Coll. Oxon. h. Quatuor Evangelia, Acta & Epistolæ S. Pauli cum Scholiaste, in Novo Collegio Oxon. i. Acta, & septem Epistolæ Canonicae, cum alio Scholiaste Græc. MSS in Novo Collegio Oxon. k. Quatuor Evangelia MSS. in Bibliotheca Bodleiana. l. Evangelium S. Iohannis (quod Ioh. Tricheinii aliquando fuit) in Bibliotheca Bodleiana. Ex quibus omnibus magno studio & labore varias lectiones collectas Apparatus Londinens. Oper. interiit V. Waltonus: Titulo Variantes lectiones Græcæ N. T. **7. Helveticici**, a. Basileensis quatuor Evan-
geliorum,

geliorum, & ipse antiquissimus, uncialibus scriptus literis Codex. Ita *Iob. de la cerda*, Adversar. sac. c. 91. Catalogum exhibet variarum lectionum, ex exemplari, quas manu propria adnotarat Illustrissimus Marchio Velefius, Petrus Faxardus de quo supra. Sed & Monasterium *Augiæ majoris* Codicem habuit (an *constantiensis* ille sit, de quo antea, nescio) tempore Concilii Basileensis *M. Georgio Schörlein de Schorndorf*, Decret. D. mutuo datum, qui Epistolas exhibet Paulinas Græco-Latinas omnes, unâ exceptâ, ad Hebræos, quæ Latina tantum est. Antiquitatis, mediæ saltem, non obscura ostendit indicia: uncialibus scriptus est literis. Nullæ accentuum, spirituum, apostrophorum apparent notæ. Singulæ voces singulis punctis distinguuntur. Capitum verò divisio nulla est expressa. Omnia antiquitatis deprehenderem vestigia, nisi Orthographia ad mediæ ætatis Græcos apertè nimis accederet.

Vnde
Codd. no-
stri pro-
dierint.

Videamus tandem, quorum quique Codicum autoritate freti, vel Editiones nobis N. T. dederint primas impressas, vel in illud conscripserint notas. *Laurentius Valla*, primus, nî fallor, fuit, qui de Codicibus Græcis sollicitus esse cepit. Iam an. Chr. 1505. ejus publici juris factæ sunt annotationes in N. T. ex collatione Græcorum Codicum. Eum secutus fuit *Erasmus Roterodamus*, cujus studio, typis Frobenianis, versio Latina, cum textu Græco an. Chr. 1516. lucem aspexit. De utraque ipse Erasmus Apol. ad N. T. *Laurentius Valla septem bona fidei Codices se secutum fuisse testatur. Nos in prima recognitione quatuor Græcis adjuti sumus, in posteriore quinque. Complutensis* succedit Editio, an. Chr. 1515. (quam & regia *Antuerpiensis* Plantiniana retinuit) ex antiquissimis expressa exemplaribus, cui cum *Stephani* Editionibus, in plerisque, amicabilis est consensus. Hanc excepit *Aldus Manutius*, quian Chr. 1517. Biblia Græca, & *Volsius cephalæus*, qui Argentorati N. T. ann. Chr. 1524. evulgavit. Lutetiæ postea secutus *Simon colinaus* an. Chr. 1534. *Robertus Stephanus*, an. Chr. 1550. qui elegantem dedit Editionem. *Stephano* certè eximia diligentia laus debetur, qui magna cum cura exemplaria inter se contulit 16. de quibus supra. *Beza* aliquot subministrat Editiones N. T. & textum quidem non modò cum variis 17. Græcorum Codicum, à *Roberto Stephano* citatorum, lectionibus rursus contulit, sed cum Syra etiam & Arabica versione. Multa præterea (ut loquitur ipse) in quatuor Evangelistis, & Actis Apostolicis ex Msc. Græco Latino ex *Irenai Canonio Lugdunensi* emto, tanta vetustatis Codice, ut ipsius penè *Irenai* tempore exiisse videri possit. In Pauli Epistolis ex alio paris vetustatis exemplari in *Claromontano* apud *Bellonacos Canonio* reperto, plurima non parvi momenti observavit. Satisfecit *Stephani* & *Bezae* industria Ecclesiis Reformatis hæcenus omnibus. Quotquot enim, vel in

in Belgio, vel Germania, vel Gallia N. T. novas procurarunt editiones, magnorum illorum virorum Codices religiosè sunt secuti. *Casaubonus* etiam & *Heinsius*, quorum tamen in Crisi & antiquitatis studiis magnum est nomen; in illis acquieverunt. Nihil enim ferè accessit recentissimis Belgii, Germaniæ vel Galliæ Editionibus, quàm *πινὰξ περιέχων τὰς ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης περὶ ἀλειφθείσας εἰς τὴν καινὴν μαρτυρίας*; & veterum distinctio, ab hac nostra aliena. *Celeb. Boëclerus* in Edit. sua de anno 1660. antiquissimarum quidem meminit membranarum, quæ Acta continent Apostolica, Epistolam Iacobi, Petri utramque, Iohannis tres, Epistolam Iudæ, Paulinas postea 14. addito memorabili prologo, quo Historia Pauli, & Epistolarum Paulinarum argumentum comprehenditur, ex Msc. antiquissimo eruto: sed non observantur diversæ ex eo aliæ lectiones. *VValtoniana* Editio textui ordinario & recepto, variantes lectiones *codicis Anglicani*, qui Teclæ Virgini, *Ἐπιτομὴ Concilii Niceni I.* tribuebatur, subiecit. Quid *Curcellæus* de sua Editione polliceatur, ex præfatione ejus patet. *Primum*, inquit, *in manus sumsi Græcam Bibliorum impressionem, qua Francofurti apud Andreæ VVecheij hæredes an. 1597. operâ, ut dicitur, Francisci Junij, doctissimi Viri prodiit, & ex ea omnes N. T. adjunctas variantes lectiones descripsi.* De quibus sic loquitur Præfatio: *Ad Novum Testamentum quod attinet, exemplar Roberti Stephani, Typographi Regii, Patris & Filii, secuti sumus, atque varias lectiones, qua non tantum in eo exemplari ex Codicibus regii collecta continebantur, sed & in Complutensi, ac in aliis editionibus, & quorundam annotationibus, reperiri potuerunt, adjici curavimus.* Et ubi aliquis locus mendæ suspectus mihi fuit, cum cum Stephani editione contuli, atque inde correxi. Deinde istis inserui varias lectiones excerptas ex antiquo admodum Epistolarum Pauli Codice Msc. quo olim *Beza* in suis annotationibus concinnandis est usus; nempe quem *Claromontanum* appellat, qui postea in *Cl. Puteanorum fratrum* manus devenit. Item ex alio locupletissima *Illustris Thuani Bibliotheca* Codice Msc. in toto, si *Matthæum* exemeris, N. Testamento. *Qua duo collectanea fuerunt mihi suppeditata à doctissimo simul & humanissimo Michaële Falcario, qui nunc ἐκ ἀγίων.* Addidi postea alias ad Evangelia pertinentes ex Msc. *Constantinopolitano* plusquam octingentorum annorum, qui est in *Bibliotheca Cardinalis Mazzarini*, nec non ex alio Msc. adhuc

vetustiore. Præter quas nonnullæ adhuc occurrunt, quas ex veteribus meâ qualicumque Bibliotheca libris collegi. Et hæ omnes simul in margine inferiori nostræ Editionis continentur, quæ ad præcedentes Elzevirianas expressa fuit, nulla prorsus in textu facta mutatione. Meminit, alias postea sibi ubi ministratas varias lectiones ex Frobeniana, Hispanica editionibus, Notis Casauboni in Evangelia, & iis quæ Apocalypsi in Hervagiano exemplari anno 1545. adjunctæ fuerint. Intermiscuisse nonnullas Henrici Stephani aliorumq. emendationes ex conjectura. Obtinuisse insuper variarum lectionum Catalogum tum ex Codice quatuor Evangeliorum Cantabrigiensi, qui Bezæ fuit, tum ex Thecæ Biblii Græcis collectum curâ Patritii Junii, Cantabrigiensis Bibliothecæ Præfecti, quæ alii Editioni reservavit. Ita de sua Editione Curcellæus, quæ etiam, quod sciam, postrema est.

Hæc ergo sunt, quæ quidem hucusque in Editionibus fontium, Hebraicorum & Græcorum, sunt præstita. Censura *μερικὴ* non est hujus loci. Hoc tantum monemus, magnum requiri judicium in annotandis variis lectionibus, nec prodenter egisse Curcellæum, quod promiscuè ex promiscuorum Codicum (nullo prævio examine, publici fuissent usus an privati tantum,) varias nobis N. T. dederit lectiones. Diligenter enim Codicum observandum est discrimen,

Discrimen Codicum varium,

1. Ratione *authoritatis*. Alii enim privati tantum, in privatos conscripti erant usus; alii verò publico magis inservientes, majus habebant pondus.

2. Ratione *religionis*. Alii enim ab Orthodoxis sunt exarati, alii ab Hæreticis, Hic verò cautè agendum, ne spuria hæreticorum obrudantur merces, & inter varias Ecclesiæ lectiones referantur, quæ Ecclesia non agnoscit.

3. Ratione *amanuensium*, qui diligentia & accurationis admittunt gradus. Certè, non est tutum, nos cujuslibet *σφάλματα* aut *παραράματα* [a] in variis ostendere lectionibus. Quin etiam malle, Codicum antiquiorum, & pluriū consensu suffultam varietatem, non ad ipsum contextum (quod periculo carere non videtur) sed ad calcem rejici. Imprudenter omnino fecit Curcellæus, quod omnes, sine discrimine, ex omnibus collectas Codicibus differentias ipsi textui subjecit. Ita enim, præter necessitatem, numerus variarum lectionum, quæ, nisi in antiquis, probatis, & receptis occurrant exemplaribus, ne quidem in censum venire debent; augetur, & ipsorum inter se exemplarium autoritas & fides confunditur. Patrum cum primis liberæ, fontium Græcorum integritati fraudi esse non debet. Cum enim, Scripturæ loca aliquando aliter illi citant, quàm Codices habent nostri, non ex dissensu illud oritur Codicum; sed vel è memoriæ usu & lapsu, vel è Commentariorum penu, vel ex opinione sua

[a] Vide Heins, Præfat. in N. T. & Croji observat. l. 1. c. 29.

sua, & de suo, vel ex usu Græcæ Linguæ, vel ex consilio ac fine, quem ante oculos habent, nempe ut Scripturæ verba ad causam suam, aut ad eos, quibus cum agunt, possint accommodare, & vocibus aliunde petitis, ea quæ suscipiunt, illustrare & exponere. Ex quo Patrum more nullas varias lectiones esse eliciendas, rectè observârunt eruditi. Sobria ergò in Editione N. T. sit *κεφάλαια*, neque id statim, ceu oraculum, cum ipso misceatur textu, publicis Ecclesiæ commodis destinato, quod vel desidis, vel malitiosi, vel aliud agentis amanuensis est peccatum.

CAP. II.

DE EDITIONIBVS POLY-
glottis.

- I. *Diglossa* satis sunt antiqua: Hebræo. Chaldaica. 2. *Ori-
genis Hexapla* olim penè stupori erant. Labore ta-
men magis, quàm usu commendata. 3. *Biblia Poly-
glotta* inter Reformationis prodromos referuntur.
4. *Ἀποστομῶλια Augustini*, *Nebienfis Episcopi*. *Complu-
tense præcedit ordine*. *Regium Antuerpiense cura &
elegancia*. *Parisiense textuum varietate & externo splen-
dore*. *Waltoniana Anglicana perfectione*; quæ Biblio-
thecæ instar esse poterit. *Mantissa de Hutterianis.*

Cum Hebræi in captivitate Babylonica jacturam Linguæ fecissent vernaculæ, Contextum V. T. sacrum, ut intelligi ille posset, in linguam transvasarunt Chaldaicam. Hinc exemplaria *chaldæo. Hebræa*, quorum suprà jam meminimus. Atque hæc etiamnum inter Iudæos sunt usitata. An *samaritanis* ante Christum idem fuerit receptum, à paucis hæctenus fuit observatum. Sed habuisse Samaritanos jam olim Legem, non Hebræa tantùm, sed & Samaritica Linguâ, probabile est, ex iis, quæ de origine versionis Samariticæ alibi monuimus. Et ut Iudæi per orbem dispersi universum, Imperio cum primis Arabum & Persarum collum subdere coacti, editiones prosurarunt *πολυγλώτ-
της* (anno quippe 1551. *chumafch* sive Pentateuchus cum Targum *onkeli*, Ver-
sione *saadia* Arabica, & *tusi* Persica jam prodiit Constantinopoli) ita & Samaritani

Orig.
πολυ-
γλώττων
inter Iu-
dæos &
Samarit-
anos,

ritani Saracenis parere iussi, suos etiam Codices *επιγλωττις* esse voluerunt. Extant enim, ut suo diximus loco, Textus Samaritanorum *Hebræi, chaldæi & arabici*. Illi & isti toti sunt impressi, horum fragmentum tantum dedimus in Bibliotheca Orientali.

Inter
Christia-
nos.
Hexapla
&c. Ori-
genis.

II. Primam inter christianos glaciem fregit *ὁ χαλκένπερος* Origenes, cuius *Hexapla & Octapla* & antiquitati veneranda erant, & posteritati propemodum miranda. Plus tamen illa laboris habebant, quam vel ingenii vel usus. Diglottum enim tantum erat vastissimæ molis opus, *Hebraicum & Græcum*: illud gemino caractere expressam, hoc ex LXX. virali, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, editione Hierichuntina & Nicopolitana collectum. Hos libros in Alexandrina Bibliotheca seorsim fuisse repositos, lib. de mensuris & ponderibus ostendit *Epiphanius*. Hæc omnia, *Hieronymus*, miro labore invenisse Origenem; hæc immortale illud ingenium suo nobis labore donasse, scribit. Majorem inquit gratiam laboriosissimus scriptor; quod, teste eodem *Hieron.* & aliis, in Editione LXX. virali Theodotionis Editionem ita miscuit, ut asteriscis designaret, quæ minus fuerant, virgulis quæ ex superfluo videbantur appositæ. Irritavit hoc exemplum posteriorem etiam ætatem, Virum cum primis de re literaria præclare meritum, *Franciscum Ximenium*, Episcopum & Cardinalem, qui primus inter Christianos fuit ausus opus tentare *πλύγλωττον*. Sulceptum enim est Complutian. Chr. 1515. opus insigne, quod & *Complutense* appellatur; sex distinctum tomis, quibus V. T. libri diversis Linguis tum primùm erant impressi. Textum exhibet *Hebraicum, Chaldaicum, Græcum & Latinum*. Ille unde defumtus sit, in præfatione quidem non indicatur; monet tamen Editor, *accentuum apices à se omisso, quod ad significatum vel accentuationem nihil faciant, uno saltem & altero, quibus, vel voces constituebant paroxytonas, vel commatum, colorum & punctorum notas ostendebant, relicto*. Quod ad *Græcam scripturam* attinet (inquit Cardinalis) *illud Te non latere volumus, non vulgaria seu temerè oblata exemplaria fuisse huic nostræ impressioni archetypa; sed vetustissima simul & emendatissima, quæ S. D. N. Leo X. P. M. cæptis nostris aspirans ex ipsa Apostolica Bibliotheca ad nos misit, tanta integritatis, ut nisi eis plena fides adhibeatur, nulli reliqui esse videantur, quibus merito sit adhibenda. Quibus etiam ad iunximus alia non pauca, quorum partem ex *Bessarionis castigatissimo Codice summa diligentia transcriptam, Illustris**

Ximenij.

stris Venetorum Senatus ad nos misit : partem ipsi magnis laboribus & expensis undique conquisivimus , ut copia emendatorum Codicum aliunde superesset. Latina itidem B. Hieronymi translationem contulimus cum quamplurimis exemplaribus veneranda vetustatis , sed his maximè , qua in publica Complut. nostræ Universitatis Bibliotheca reconduntur , qua supra octingentesimum abhinc annum literis Gothicis conscripta , ea sunt sinceritate , ut nec apicis lapsus possit in eis deprehendi. De Paraphrasi Chaldaica nihil monet , nisi quòd eam , alia Latina , ferè de verbo ad verbum à viris ejus Lingua peritissimis elaboratam voluerit. Versionem non ubique contuli. Textus tamen Chaldaicus , & primitiva ad marginem posita , Grammaticæ non satis commodè respondent. Nec mirum , cùm nullus eo tempore Chaldæam Linguam præceptis Grammaticis comprehendere fuerit ausus. Et ut mallenteruditi , doctissimo Episcopo comparisonem incommodam non excidisse , qua monet præf. ad Lect. *mediam se inter Hebraam & Græcam Editionem posuisse Hieronymi Latinam , tanquam duos hinc & inde latrones , medium autem Jesum* ; ita & seq. præf. ad Lect. & præced. Dedicacione ad Leon. X. fontium integritati optimè consuluit. *Accedit* (ita ad ipsum Pontific.) *quòd ubicunque Latinorum Codicum varietas est , aut depravata lectionis suspicio (id quod librorum imperitiâ simul & negligentia frequentissimè accidere videmus) ad primam Scripturæ originem recurrendum est , sicut B. Hieronymus & Augustinus , ac ceteri Ecclesiastici tractatores admonent ; ita ut librorum V. T. sinceritas ex Hebraica veritate ; Novi autem ex Græcis exemplaribus examinetur. Ut ipsa igitur Originalia in promptu haberet quicumq. divinarum literarum studiosus , possèt que nō solis rivulis esset contentus , sed ex ipso fonte salientis aqua in vitam aeternā sui pectoris extinguere ; iussimus archetypas s. sc. Linguas impressioni mandari.* Opus certè ea ætate admirandum , quòd majori exprimere voluit Augustinus , Nebiensis Episcopus apparatu , qui , ut ad Cardinalem Berdinellum scripsit , utriusque Testamenti octapla dare constituerat. Initium jam fecerat an. Chr. 1516. quo Genueusis typographia Psalterium dedit , in cujus singulis foliis prima columnella habet Hebræam editionem , secunda Latinam interpretationem , respondentem Hebrææ ad verbū , tertia Latinam Communem , quarta Græcam , quinta Arabicam , sexta paraphrasim Chaldæicam , sed literis Hebraicis conscriptam : septima Latinam , respondentem Chaldæicam.

Vltima continet scholia. Ad eundem modum, universum vetus Testamentum ac novum paravit: ubi præter quintuplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, Græcæ & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldæam, figuris tamen Hebraicis, unâque ejus interpretationem cum columnella scholorum. Testatur hoc *Augustinus* ipse in epistola ad Bendinellum Cardinalem.

Reformationis Prodro- mi. Sunt hæc opera *πλύλωτα* non obscuri reformationis prodromi, quo loco à magnis semper habebantur viris; unde & serio à Reformatoribus conquisita. *zuinglii* Nebiensi usus fuit Psalterio; *complutense* verò opus; Bibliothecarum publicarum ornamentum; Bullingerus cum Bibliothecæ Carolinæ infereretur, sua manu Codicem *insignem* scripsit.

Antuerpiense Regium. *Regium* (ita appellatum, quòd *Philippus Rex Hispaniarum* fuitus suppetidaret) successit opus an. Chr. 1571: priori *complutensi* perfectius & illustrius. Nam & à typis *plantinianis* multum splendoris, & ab *aria Montani* exacta Linguarum & rerum Orientalium notitia, non parùm accessit auctoritatis. V. T. Linguis prodiit *Hebraica, Chaldaica, Græca & Latina*; Novum *Syriaco*, Hebraicis & Syriacis literis excuso, auctum Contextu, & egregio apparatu, in quo varia Lexica, Grammaticæ, cum tractatibus quibusdam, variis lectionibus, Indicibus &c. Qua quidem opera magnam apud Eruditos *Arias Montanus* iniit gratiam, Societas tamen hanc sibi gloriam ereptam fuisse, ægrè ferebat. Quæ de re nata & nota *Montani* querela, ubique ferè obvia. Aliorum [a] tamen, etiam Pontificiorum, illa tulit punctum.

Polyglotta perfecta. Et quanquam nihil amplius felicitati eorum, qui sacras Literas cum laude decoréque tractare vellent & successu, deesse videretur: crescente tamen paulatim literaturæ Orientalis desiderio; apud Reges etiam, Principes, Politarchas; factum est, ut quod votis antecessores sperare non poterant, ipsa, nostrum foret, fruitione. Codices in Europam & Mercatorum liberalitate, & in Orientem ablegatorum studiosorum opera *Hebraici, Chaldaici, Samaritani, Arabici, riaci, Armeniaci, Persici* &c. investit; unde exitimium illud & æternitate dignum opus *Parisiense*, quod quidem; etsi suos, ut alibi observavimus, Interpretum potissimum culpa, habeat nævos: primum tamen fuit in orbe, quod tot distinctis prodiret Linguis. Quibus gradibus Clerus Gallicanus illud *Antuerpiano* præferat, ex judicio, primo Tomo præmisso, patet: *Retulerunt*, (ita habent verba iudicij) *quibus negotii cura erat commissa, opus Biblicum jam ad Editionis Coronidem penè deductum, ejusmodi esse, ut nulla unquam atas simile in eo genere, repererit, cum non modò Origeniana Tetrapla, Hexapla, imò & Octapla omnium Ecclesia Patrum ore & scriptis decantatissima superet, sed & Complutensis Cardinalis Ximenij.*

[a] Consule Rivet, *Mag. Script. de utroque* p. 174.

nij, & Antuerpiensia Regis Catholici, hætenus editorum, omnium consensu, operum Bibliorum præstantissima, in immensum quantum antecelleret. Quicquid Antuerpia à Plantino editum est, id ab Antonio Vitre, Regis & Cleri Gallicani Typographo, non minore studio & vigilantia, sed meliore & majore charta excusum esse; præcunctibus iis excusionis Inspectoribus, & ectyporum emendatoribus, qui, Lingua Hebræa & Chaldaea Græca & Latina eruditione, & diuturna exercitatione Parisiis ceteros antecellunt. Utriusque Editionis Characterem esse eundem, sed Parisiensis characteres, Chaldaicum, Græcum, Latinum, Romanum, sesqui esse majores, & elegantiores quàm in Antuerpiensi. Retulerunt insuper, præter iteratam tantum cum apparatu Antuerpiensem. Editionem, novam, & orbi Christiano nondum cognitum Vet. Test. Textum, Syriacum, & Arabicum, cum totius Pentateuchi Samaritani Textu Hebræo, atque illius in Dialectum, Samaritanis vernaculam, Translatione, horumque omnium Latinis versionibus ad excusionis finem vergere, & nativis unumquemque Textum Characteribus, non minore cum apparatu, quàm superiora conspiciantur, evulgare. Gabrielem Sionitam, natione & ortu è Libano Maronitam, ab adolescentia Romæ in Maronitarum Collegio educatum, annis jam 22. Orientalium Linguarum Professore Regium; Psalmorum præterea è Syriaco & Arabico, nec non veteris Geographi Arabici Translationibus apud viros doctos celebrem, Syriacum & Arabicum Textum ex antiquis Syrorum & Arabum Mscis, quos è palæstina allatos penes se habet, Latinitate donatos in lucem edere, & quod ipsis Syris, præsertim Arabibus admirationi sit puncta vocalia omnia, Dictionum Systolas, Diastolas, Accentus, Literarum apiculos, ceterasque Grammaticorum Arabum minutias universo Textui, ut Euphonicè legi possit, affigere, ipsumque ectypa singula, ne irrepit error, lustrare & emendare. Joannem quoque Morinum, Congregationis Oratorii Jesu Christi Presbyterum, cujus multiplicem in eo literarum genere eruditionem testantur, Romana LXX. Interpretum Editio multis in lectorum commodum adjectis, eo moderante Parisiis re-

causa, dissertatio huic Editioni de Hebraei, Graecique Textus discrimine praemissa; Exercitationes Samaritanae, librique Masoreth, Habberith, sive Exercitationes Biblica, innumeris antiquorum & recentiorum Rabbidorum, nec non Talmudistarum, & Interpretum Chaldaicorum testimoniis condita; Pentateuchum Samaritanum, Latine vertisse, illius editioni praefuisse, singula ectypa legisse, & correxisse, habuisse autem adminiculantes sibi Codices sex Mscos Pentateuchi scilicet, Hebraeo-Samaritani quatuor, Samaritanae autem Dialecti duos: unum è Bibliotheca illustrissimi & eruditissimi Achillis de Harlay de Sancy, Macloviensis Episcopi omnium integerrimum, & elegantissimè scriptum: alterum à Petro de la Valle, Nobili Romano missum Romae: ceteros ab Amplissimo Nicolao Claudio Fabri, Dno de Peirese, Provinciae Senatore, Viro antiquitatis sacrae & profanae studiosissimo commodatas.

Retulerunt denique, se non modo magna illa volumina attentè considerasse, & illustrasse: verum etiam de eorum utilitate, & cum vulgato Ecclesiae Textu consensione, cum Gabriele Sionita, Joanne Morino, Hieronymo Parent, Doctore Sorbonico Veterano, Linguarum Orientalium cognitione percelebri, qui maxima cum diligentia, & indefesso labore Textus Syriacos, Arabicos, Samaritanos, & seorsum legit, & cum versionibus suis, nec non cum vulgatis Ecclesiae Textibus attentissimè comparavit: cumque nonnullis aliis, qui idem multis in locis praestiterant diligenter contulisse, quorum sententias in hujus Operis approbationem, & laudem maximam conspirantes nobis enarraverunt.

Quapropter his omnibus à nobis maturè consideratis, & cum Rev. Collegis nostris sedulo examinatis, censemus multilinguam illam Bibliorum Editionem à C. V. D. Le Jaÿ, ingenti cum laudis merito ceptam, & adornatam, Ecclesiae Catholicae utilissimam fore ad illustrandam & confirmandam vulgatam Ecclesiae Translationem, ad eruendas novas & saluberrimas è Scriptura penetrabilibus Interpretationes, ut olim post divulgatas in Origenis Hexaplis varias Translationes, id maximo cum fructu, & Catholicorum admiratione

ratione præstiterunt Antiqui Patres, ad revincendas & confutandas plurimis in locis malignas Hæreticorum versiones: ad Religionis Christiana adversus Ethnicos, & Muhammedanos, ex tot populorum, etiam Judaorum, & Samaritanorum, Christiano Nomini infensissimorum hostium suffragia, comprobationem, & commendationem: ad Religionem Catholicam adversus Orientalium hæreses propugnandam; ad pios Ecclesia alumnos, è Latinis regionibus in Orientem, fidei propugnanda causâ missos, in Lingua Syriaca & Arabica cognitione juvandos & instruendos: denique ad maximam Ecclesiæ Catholicae laudem conciliandam, adversus inanes hæreticorum de Sacra Scriptura æstimationes ostentationes & gloriationes; è cujus scilicet sinu, ut minoris momenti ditiones Catholicas prætereamus (quibus tamen nihil habent hæretici, quod comparati possit) memorabiles illæ Editiones prodierunt, Complutensis, Anverpiensis, Romana, omnésque magnificentia, Linguarum & versionum multitudine, longo intervallo superans, hæc Parisiensis. Ita Clerus Gallia de sua Editione.

Sed nondum hoc opere satisfactum erat vicinis Anglis, qui, hoc maxime seculo, præ cæteris Europæis Linguas Orientales (quam puto laudem eis non denegandam) amant & æstiment. Hi quidem, ut τὰ ὑπερήματα completerent, magnis sumptibus, ex remotissimis Orientis angulis, antiquissima MMs. & sedulo conquisiverunt, & ingenti numero acquisiverunt. Radices, studium hoc in Principibus, Archiepiscopis, Laudo cumprimis Cantuariensi, & Vsserio Armachano; Episcopis, nupero cumprimis Vvaltono, ita egit altis, ut de novâ, eâque perfectiori Editione πολυγλώττω, etiam turbatissimis temporibus, quidam cogitarent. Prævit diligentissimus Brianus Vvaltonus (unde & Vvaltoniani operis nomenclatura) qui, adscitis viris per universam Angliam celeberrimis, novam aggressus Editionem, paucis, quod mirum, annis felicissimè eam absolvit. Videbantur nonnulli, sive ut Parisiensi faverent Editioni, sive aliis de causis, seridè hoc agere, ut operi sub prælo ferventi invidiam conflarent, quasi, vel nihil supra Parisiense, promitteret, vel ad ejus præstantiam non accederet: sed prolixo demonstratum mox fuit Elencho, frustra metuere, quibus hæ infederant cogitationes. Ipsum audire placet δὲ το λογέμενον Vvaltonum p. 92. præf. ad Introduct. Lingg. Orient. 93. Vt finem, inquit, huic dissertationi imponam, etsi invidorum latratus non moramur, quibus nihil gloriosum magis, quàm quæ alii sciunt ignorare, & qui ipsi ignorant vituperare, & dum alii

Londinense,
quantum
præcellat.

studiis & vigiliis se macerant ad promovendum bonum publicum, ipsi turpi otio consensunt, vel vino madidi cutem curant, & inter pocula virus ex impuro pectore in omnium scripta evomunt; inter quos sunt, qui jactant, nihil novi in hac editione haberi, quod non in Parisiensi, quæ calumnia ex ipsa editionum collatione in fumos evanescit. Ad ora tamen hujusmodi obstruenda libet paucis Catalogum eorum quæ in hac editione supra Parisiensem, vel jam præstita, vel auxilio divino præstanda, expectari possunt, hic contexere.

I. Textus & versiones quæ in *diversis* voluminibus habentur in Parisiana editione, hîc simul per varias columnas singulis paginis Lectori obijciuntur, ita ut omnes uno intuitu aspiciere, collationemque instituere possit sine aliorum librorum evolutione. II. Editio nostra quanquam studiosorum usibus magis accommodata, vix quarta parte pretii Parisianæ constabit. III. Multa etiam exhibebit quæ in Parisiana non habentur, qualia sunt quæ sequuntur: 1. *versio interlinearis* Hebræi textûs, Pagnini & Ariæ Montani. 2. *versio* 70. editionis *Romanæ*, juxta exemplar Vaticanum omnium quæ hodie extant maximè genuinum, rejecta Complutensi mixta, & pro arbitrio interpolata, quam tamen, quatenus à Romana differt, inter varias lectiones Lector inveniet. 3. *Vetus etiam Vulgata Latina* τὸν 70. qua sola usa est Ecclesia Latina per 400. circiter annos post Apostolos, jam supra mille annos inter mortua, rediviva sistitur, ex Patribus Latinis per Nobilium compilata. 4. *MS. Alexandrinum* 70. Versionis, è Bibliotheca Regia desumptum, nobilissimum & antiquissimum, non multò post Concilium Nicenum descriptum, diu & avidè à doctis expectatum; quod quatenus à Romano differt ad finem cujusque columnæ annexum: adeò ut duo totius orbis antiquissima & maximè sincera exemplaria versionis Græcæ, Vaticanum scilicet & Alexandrinum, hîc simul Lectori represententur. 5. *versio Samaritanæ* ubi à textû Samaritano differt translatio Latina. 6. *Pentateuchus Persicus* Jacobi Tufii, Characterè Persico descriptus, cum versione Latina. 7. *Chaldaica Ionathanis* (quæ dicitur) paraphrasis in Legem, cum versione Latina. 8. *Targum*, seu *Paraphrasis Hierosolymit.* cum versione Latina. 9. *Psalmi Æthiopicæ*, Canticum Canticatorum, & N. Test. Æthiopicum cum versione Latina. 10. *Evangelia* 4. *Persico-Latina.* 11. *Liber Esther* Canonicus, cum Tobit, Judith, Maccab. uno, qui nec *syriacè* nec *arabicè* in Parisiensi habentur, ut ex MSS. quibusdam typis mandentur, operam dabimus. 12. *Prolegomena* seu *Apparatus*, in quibus quæstiones quæ de Textu Hebr. & Græco, de versionum singularum antiquitate, auctoritate & usu, & de variis lectionibus inter doctos agitantur; cum Chronologia sacra ab orbe condito, Tabulis Geographicis terræ sanctæ, &c. descriptione Templi, Tabernaculi, eorumque utensilium, vestitûs Aaronici, &c. 13. *varie lectiones* Textus Hebr. ubi de Keri, &c. de variis lectionibus exemplarium Ben Ascher & Ben Nephthali, de literis deficientibus, redundantibus, &c. aliisque quæ ad textum illustran-

illustrandum & confirmandum conferunt; Buxtorfii Clavis Masoreth. & Castigationes Masoræ &c. 14. *Differentiæ textus Hebr. à textu Samaritano*, cum variis lectionibus ex codicum Samaritanorum collatione, notis & observationibus, viri doctissimi opera collectis. 15. *Flaminii Nobilii* in Rom. 70. notæ & lectiones variæ longè doctissimæ, cum fragmentis veterum Translationum, Aquilæ, Sym. & Theodot. 5. & 6. Anonym. per Drusium & alios collectis. 16. *Patriæ Junii* annotationes ad MS. Alexandr. cum aliis aliorum virorum doctorum ex MSS. & antiquis scriptoribus, à Nobilio & Junio prætermissis. 17. *Syriacæ Versionis & Arabicæ* cum MSS. variis Syriacis & Arab. collatæ variantes lectiones, cum notis & observationibus, opera virorum doctorum collectæ. 18. *Variæ lectiones chaldaicæ Paraphraseos*, ex variis exemplaribus cum notis & observationibus, studio viri doctiss. collectis. 19. *Indices Varii*, rerum & verborum. Præter prædicta omnia, quæ in Parisiensibus non habentur, versiones etiam quas habent Parisienses, ex melioribus exemplaribus & MSS. exhibemus, sc. 1. Samaritanam, Syriacam & Arabicam, collatione variorum MSS. antiquissimorum, in plurimis locis obscuris, vel malè redditis, Typographi vel Exemplarium vitio, emendatas. 2. Chaldaicam Paraphrasin exhibemus editionis Basil. ab infinitis in punctatione erroribus, qui erant in Veneta, Complut. Reg. & Paris. ad analogiam Esræ & Danielis, immensis Buxtorfii laboribus restitutam. 3. Vulgatam Latinam juxta exemplaria emendata & recognita & à diversis mendarum millibus repurgatam, cum correctionibus Romanis Lucæ Brugensis. Hæc sunt inter alia, per quæ judicium ferat æquus lector quid inter hanc aliàsque editiones intersit &c. Ego certè, ut Editioni *Parisiensi* laudem suam publicè asserui, ita *Vvaltonianam* multis semper nominibus, si usum spectes, non chartam, rem ipsam, non characteres, prætulerim. Hæc enim una Bibliothecæ propemodum integræ vicem subire potest. Id quod ex anatomia operis supra à nobis [a] instituta manifestum est.


Meditatus etiam fuit Editionem *Hexapli* Scaliger: quo ostendere saltem suo voluit exemplo, quanti referret, ejusmodi haberi ad Scripturæ explicationem subsidia, conabor, [b] inquit, *si possum editionem Psalterii mei quam molior, aut per me, aut per alium emittere, Hexaplum fieri, Hebraicè, Syriacè, Aethiopicè, Arabicè, Græcè & Latinè, una cum scholiis, & in aliquot Linguas præceptis.*

Scaligeriana Hexapla.

De *Hutterianis* Bibliis mirum videri queat, quod adeò difficulter Bibliothecis se insinuarint. Opus *Elis Hutterus* primo dedit quadripartitum, *πεντάγλωσσον*, Hebraica, Græca, Latina & Germanica Linguis, Hamburg. 1597. Accesserant paulatim Linguae aliæ, *Italica, Gallica, Sclayonica, Saxonica*. N. T. Norimbergæ (ubi adhuc multa superesse audio exemplaria) excudi curavit primum

Polyglotta Hutteriana.

mum Syriacè, Ebraicè, Græcè, Latinè, Germanicè, Bohemicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè, Anglicè, Danicè, Polonicè, an. Chr. 1600. in fol. & 4. postea 1603, & 1615. Ebraicè tantum, Græcè, Latinè & Germanicè. Iudicia eruditorum de hoc labore, peculiari Epistolarum libro comprehensum inspicere nondum contigit, Ego putem, rarius in Bibliothecis reperiri, quod nec eruditorum satis aptum esset studiis, nec plebeiorum, vel sumptibus, vel usibus. Pulchrum erat, in publica Bibliotheca ea haberi exemplaria Bibliorum, quæ probarent, nullam esse Linguam Europæam, quâ verbum Dei non legeretur, in tot verò versiones (novas plerasque, & quæ non eundem, quem eruditarum, quas vocant, Linguarum translationes Orientalium antiquæ, ad illustrationem rei Theologicæ conferunt, usum, eoque nei ab eruditis addiscere facile solent, tantos impendere sumtus, non ferebant cujus libet res privata. Quod si verò hoc opus cum Anglicano, aut Parisiensi conjungatur, insigne non modò Bibliothecæ ornamentum, sed & luculentum est documentum, turpiter eos hallucinari, & in meridie cæcutire, qui negare audent, Bibliorum in Linguas vernaculas translationem toto orbe esse receptam. Distinctio literarum servilium & radicalium in Textu Hebraico Hutteriano, discantium conatibus plus obest, quàm prodest. Trihorii propemodum spatio tot septimanarum labor compensari potuisset. Neque enim investigandi radicis ratio longiori constat termino, ubi præceptoris fides accedit, & discipuli industria.



CAP. III.

DE VARIIS BIBLIORUM IN LINGUAS VERNACULAS Translationibus.

1. Singulare Dei beneficium est, quod tot brevi tempore prodierint translationes.
2. Catalogo Alphabetico eas enarramus.
3. De origine & progressu versionum Germanicarum.
4. De Translatione Germanica, Tigurinorum, ejusque variis Editionibus. Schlusfelburgij calumnia retunditur.

Quod *psal. 19 v. 5.* dictum, Paulus *Rom. 10. v. 18.* refert ad Evangelii præconium, de Bibliorum quoque dici potest Translationibus: *Transivit sonus earum in omnem terram.* Vix dici potest, quanto & Translatorum studio, & lectorum Zelo Translationes S. Sc. brevi tempore fuerint tentatæ, & perfectæ. Habent enim, ut ordine Alphabetico, sed *Κυλλη/Βδην*, Historiam

riam

riam enim & iudicium plerarumque nolter exhibet *Methurgeman & thesaurus Philologicus*, potiores sistamus Versiones, Translationes suas habent I. *Ægyptii*, idque ab initio statim recepti in nobilissima regione, Evangelii, Dialecto [a] *Ægyptiaca, Arabica, & Syriaca*. II. *Arabes*; quibus & Iudæi & Christiani, hac in re, suam mutuârunt operam, idque, ut probabile est, jam ante [b] exortum Muhammedismum. Editionum nomina & jam [c] alibi à nobis sunt expressa, & suo loco sequentur. III. *Armeni*, qui post Græcos, aliis laudem antiquitatis eripiunt. Sed præter fragmenta nihil dum vidimus. Romæ integra esse Biblia, alibi monuimus. IV. *Æthiopes*, qui, antiquissimorum Patrum testimonio, jam olim suas habuerunt versiones. Hodie non modò in Bibliothecis publicis & privatis totum S. Sc. ostenditur *ἑβραϊκά*; sed & *VValtoniana Editio psalterium*, quod Potkenius pridem dedit, *canticum canticorum & N. Testamentum* exhibet. Ex veteri etiam Testamento initium *Geneseos*, Prophetiam Ionæ, ex Novo Testamento, Epistolâ Iacobi, Iudæ, Iohannis tres cum versione & Notis, *Petreyus & Nisselus* dederunt V. *Angli*. Quorum [d] Editiones sunt plures. 1. *Beda*, qui Evangelium Iohannis Anglicè transtulit. 2. *Abyèdis*, & *Atthelstani* tempore ante 900. annos Scripturas, in specie Psalmos, Anglicè fuisse verlos, *Trevisanus* & alii monent. 3. *Alani*, Pontificii. 4. Versiones sub Henrico VIII. sed minus accuratæ, & è lacunis Latinorum derivatæ: 5. Translatio ab exilibus Anglis adornata, & hinc inde publicata, Tigurî an. Chr. 1550. Genevæ 1560. 6. *Episcopalis versio*, ut appellari solet, ab Archiepiscopo Cantuariensi *Parckero* contexta, & procurata. 7. *Regia*, Iacobi Regis auspiciis edita, & bene docta præfatione munita; Aliquoties & aliquot formis prædijit VI. *Belgæ*, quorum versiones sunt. 1. *Nicolai Bieskens*, quæ & Anabaptistæ utuntur. 2. *Vulgaris*, ex *Luthero* translata, sed à viris [e] doctis nunquam probata. Prædijit aliquoties Amstelodami 1527. Lugduni 1581. 3. *Nupera* & Synodi Dordracenæ decreto imperata, an Chr. 1637. vulgata Editiono. De origine, progressu & successu hujus versionis multi [f] multa. Certum est, medullam solidioris Theologiæ continere notas illas, ab ipsis proinde Theologis, Ministerii Candidatis, de meliori nota commendatas. 4. Versio Belgica, quam *Lutherani* Amstelodamenses adornârunt. 5. *N. T. Vtenhofij & Faukelij*. VII. *Bohemica*, superioris seculi an. 78. adornata: & Polyglottis Hutterianis Norimb. 1599. insita. VIII. *chaldæi* in T. V. aliqua sua Lingua legunt *Paraphrases, onkelosi, ionathanis, hierosolymit. iosephi cæci*, quæ variis extant Editionibus. IX. *croatæ*, qui sua Lingua, & characteribus *Cyrrilianis* habent Novum Testamentum, cum præfatione, *Osiandri*. Extat & Linguae illius specimèn *psal. 117*. X. *Danica versio* auspiciis prædijit *christiani*; *Friderici successore*, hortante *Bugenhagio*. Habetur in Polyglottis Hutterianis, XI. Sed

T

&

[a] De quibus distinctè in nostro *Methurgem*. [b] lb. proluxè p 194. [c] lb. & *Analect. P. 1. p. 261*. [d] Vide *Hodeget. P. 1. p. 123*. [e] *Marnixio præsertim, & Sixtino Amama* [f]. Videal. vitâ operibus ejus præfixâ, & vitâ *VVidmarii Th. Groning.*

& Finonica translationis ex Pſal. 117. editum eſt ſpecimen. XII. Gallorum Verſiones variæ ſunt a. *Vvaldi* ann. Chr. 1160. b. *pipini & caroli* ab Orefmio, ann. Chr. 1380. accurata *Lugdunenſis* 1521. *Antverpienſis* 1534. 1537. *Neocomenſis* *VValdenſium* 1535. *Parieſiſis* 1540. 1543. *Genevenſis* 1543. 1569. *Lovanienſis* 1557. Et privatæ *Ioh. Diodati*, *Genev.* 1644. *Abbatis de Marolles* N. T. nupera *Ejuſdem Pſalterium*, ut & aliorum, de quibus *Anal. P.* l. p. 139. XIII. *Germanicæ* etiam verſiones tum ante, tum poſt Reformationem prodierunt, de quibus paulò uberius poſtea. XIV. *Græcorum* verſiones ſunt variæ, *Veteres & Novæ*. Ex illis præcedit a. *Iudaorum Ægyptiorum* LXX. *Viralis*, ut appellari ſolet, cujus correctores & reſtitutores ſunt *origenes*, *Lucianus*, *Hefychius*, *Eufebius* & *Pamphilus*, *Baſilius*, *Patrophilus*, *Iohannes Iosephus*, *Apollinarius*. b. *Samaritanorum* *Symmachi*. c. *Aquilæ*, *Theodotionis*. Recentiores vel *Iudaorum* *Kærorum* ſunt, vel *phariſæorum*, vel *chriſtianorum*, qualis cum primis eſt Editio N. T. Vnde verò & ex quibus Codicibus noſtræ ſint Editiones, poſtea monebimus. XV. *Hebræi* *Matthæi* habent *Evangelium* ex *Munſteri*, &c. editione & *Epistolam ad Hebræos* ſua *Lingua*, libros *Apocryphos*, ſed à recentioribus translatos, *Tobiam* ſeorſim edidit *Munſterus*. XVI. *Hiſpanica* *Biblia* vernacula dedit *Lingua* *Cæſiodorus de Regno* ann. Chr. 1569. quæ poſtea *polyglottis* ſuis 1599. addidit *Elias Hutterus*; recognovit tandem *Cyprianus de Valera* 1602. & *Amſtelodami* divulgavit. XVII. *Hibernicæ* translationis fragmentum extat *Pſal. 117*: XVIII. *Hungarica* dedit *Albertus Molnar* *Hanov.* 1608. XIX. *Italicæ* ſunt a. *Antonii Brucioli* 1542. *Venet.* b. *Iohannis Diodati* cum annotationibus, *Genev.* 1641. *Lugdunenſis*. 1556. *Brucioli* eſt. c. N. T. *Mafſini* *Theophili Florentini*. XX. *Islandicæ* verſionis ſpecimen exhibet *Pſal. 117*: XXI. *Latinorum* editiones plures ſunt, quàm ullà alià *Lingua*. 1. *Antiquiſſima illa Itala*, *Italica*, quæ & *vulgata*, ex contextu *Græco* translata. 2. *Hieronymiana*. 3. *Mixta* ex utraque, quæ in hodierna *Vulgata* apparet. 4. *ſanctis Pagnini*. 5. *ſeſtiani Munſteri* 6. *Leonis Iudæ*, cæterorumque *Theologorum Tigurinorum*. 7. *caſtalionis*. 8. *Tremellii & Junii*. N. T. *Erasmii*, *Bezæ*, *Pellicanus* & *Oſiander* *vulgatam caſtigatam* retinuerunt, *Vatablus* ex *Tigurina* & *vulgata* dedit *mixtam*. Teſte *Luca Brugeſi*, [a] *prima Editio Latina Moguntia* an. Ch. 1472. *prodiit*, quæ tamen *priorem* alii ſe *vidiſſe* dicunt. Et certè *coloniensium rerum graviffimus author* obſervat, an. Chr. 1450. *prima Moguntia* *Biblia* fuiſſe *impreſſa*. *Subſecuta* ſunt *coloniensis* 1479. *Norenbergensis* 1478. *Veneta* 1497. aliæque de quibus poſtea. *Semper enim in Latina Vulgata* aliquid fuit *deſideratum*. XXII. *Livonicæ* translationis fragmentum editum eſt, *Pſal. 117*.

XIII. Ma.

[a] Vide Proleg. VValton, [b] In Boxhorn. Hiſtor. Vniverſal, pag. 950.

XIII. Mala ca De hac iustus Heurnius ad *Christ. Ravium*: *Querebas, cum dulcissimo tuo colloquio fruerer, ubinam volumen aliquod Malaicum literis Arabicis exaratum nancisci posses? Mihi incidit, me audivisse, in manibus vidua Alberti Cornelii Ruyl, qui Enckhuse, ni fallor, habitat, esse quatuor Evangelia Arabicis literis conscripta. Hic est ille Ruyl, qui Evangelia Malaicè, literis nobis usitatis edidit, addito textu Belgico.* XXIV. Moschorum sive Moscovitarum Pfalterium & Novum Testamentum potissimum innotuit. XXV. Persarum etiam Editiones extare primæ, mediæ & ultimæ aratis, alibi [a] probavimus. *Illarum Theodoretus meminit. Existunt translatio Novi Testamenti, quatuor cum primis Evangeliorum tum, ex Syriaco, tum ex Græco contextu in Anglia nuper editæ. Ex his Pfalterium à Theologis Romanensibus adornatum.* XXV. *Poloni geminam habent versionem, alteram Iacobi Vovvieski Pontificiorum, alteram Reformatorum Vide El. Hutteri Bibl. Polyglotta. Sed & Pfalterium separatim Polonicè prodiit.* XXVI. *Rheticè etiam Lingua legitur N. T. ex editione Iacobi Bifruni 1560. Lucii Gabrieliis 1648. Ioh. Gritti, 1640 Ex V. T. Siracidem vertit Lucius Papa, 1628. Tigur. XXVII. Samaritanos Pentateuchum habuisse τετραέλωλον, Hebræum, chaldaicum, Græcum, Arabicum, noster probatum dat Methurgeman.* XXVIII. *Suevis, vernaculâ Lingua, contextum sacrum explicuit primùm olavus petri, sub Gustavo; Holmiæ impressum; Novum Testamentum verò Leidæ, 1633.* XXIX. *Syrorum Editiones V. T. duæ erant simplex ex Hebræo translata, quæ & antiquior, & Figurata, quæ LXX. viralem exprimit. Nescio an sit Mor. Aba Magni, qui, teste Eben [b] Iesu, Vetus Testamentum Græcum in idioma Syriacum transtulit. Novum Testamentum originis etiam antiquissimæ, & Apostolicis temporibus proximæ, variis & typis, & formis prodiit. Viennensis Vidmenstadii prima pariter, atque elegantissima est. Succedit Antverpiensis tum in folio majore, tum, ex eadem, Guidonis Fabricii studio procurata literisque Hebraicis expressa, in quarto; postea etiam in 8. & 12. sed sine punctis, posteriores characteribus etiam Hebraicis. Proxima est cotheniana Trostii, suis exhibita characteribus, addito textu Græco & Latino, variarum insuper lectionum tabula. His verò omnibus hætenus defuerunt Epistolæ catholica & Apocalypsis, quarum illa ex Bibliotheca Oxoniensi prodierunt cum notis & versione Pocokii, hæc ex Legato Scaligeri, per Ludovicum de Dieu. Omnium absolutissima Londinensis est, ad quam, quod in aliis desideratur, accedit a. Accurata punctatio. b. Epistola catholica cum Apocalypsi. c. versio Collateralis. Quæ, ut usibus inservire possit quotidianis, alio, ut speramus, eoque portatili propediem prodibit schemate Francofurti.*

T 2

II. Atque

[a] In Methurgem. [b] In Bibliothec. Syr,

De origi-
ne Versio-
num Ger-
manica-
rum,

II. Atque ita habet *catalogus* plerarumque per orbem, quantum quidem penetrare hætenus potui, *Translationum* in Linguas Vernaculas, & quia singulorum propemodum, Orientalium præsertim, tum textuum, tum Editionum examen jam alibi operosius instituimus, de *Germanicarum* etiam versionum origine & progressu aliquid dicemus. Altius verò, quantum quidem rimari mihi licuit, Versiones Germanicæ repeti non possunt, quàm à *Carolo Magno*, cujus potissimum tempore & sacræ & profanæ literæ in Germania restitui cœperunt. Et de *Carolo* quidem ipso auctores fide digni referunt, ejus sive curâ, sive operâ N. T. in Linguam Germanicam fuisse translatum. Et certè sive spectemus ejusdem per *Paulum Diaconum* collectos textus *ἔγκυκλις*, circuli anni cursu absolvendos, sive *capitulare* ejus Saxonicum, & in eo de verbo Dei audiendo singulis diebus Solis strictum mandatum, à vero non abhorret, jam tum eo tempore Germanos sua Lingua vel totam Scripturam, vel certa ejus membra legisse. Præsertim cum constet, quòd asservata fuerint in Bibliothecis Psalteriorum Davidis exemplaria, quibus vel sola stylis ratio antiquitatem tribuit. *Audio* (ita *Gessnerus* [a] noster ὁ πολὺς ὄρ) *Psalterium sacrum similiter translatum eo tempore* (anno videlicet 870. ut ex eadem pagina apparet) extare in *cenobio D. Galli*. Quæ author ἀνώνυμος *Berlini* an. Chr. 1614. in *Doctorem Hoë*, de *Codice Bibliorum à Carolo Magno Ecclesiæ Collegio donatorum*, pag. 62. refert, de exemplari intelligenda sunt Latino, mutuata quippe ex *Rodolfo Lavat*. de *Descensu ad Infer. pap. 559*. Sed & ante eum *Ludovicus Lavat*. ejus meminit, de ritibus *Eccles. Tig. c. 19*. Extat & in *Bibliotheca nostra Civica* specimen vetustæ Germanorum Linguae, ex *Psalterio* depromptum. Quid ante hæc tempora factum fuerit, nihil occurrit, quod certò definiamus. Verisimile est, Gentem tam barbaram, & vix Christianis moribus assuetam, *Catecheticis* antea diligentius imbutam fuisse principis: unde hinc inde formulæ occurrunt *Orationis Dominicæ*, *Symboli Apostolici*, abrenunciationis *Diabolo &c.* cujusmodi nuper ex *Bibliotheca Vaticana* prodierunt, eo tempore scriptæ & collectæ. Eruderavit etiam duas *symboli* formulas, *saxonice* & *Germanicæ*, [ex *Msc.* tum *Boxhornius* [b] in *Hist. Univerf.* [c] tum *Gessnerus. Beatus Rhenanus* *Valdoni* *Episcopo Frisingensi* circa a. Ch. 800. translationem *Evangeliorum* vendicat, de qua tamen nihil judicare possumus. Vereor enim, ne antiquarum illarum versionum, nisi fortè rudera quædam in *Bibliothecarum* delitescant forulis, jacturam fecerimus. Vix certè, qui de *Germania magna* scripserunt volumina, vel verbo earum meminerunt. Quæ deinceps successerunt, ad *Reformationem* usque, versiones, tam soluta quàm ligata, vel *Rhythmica* saltem oratione, certiora suppeditant argumenta, industriam veterum Germanorum in transferendis *Bibliis* vel aliquam fuisse,

nec,

nec, quod frustra quidam contendunt, novum hoc studiorum esse *Ἐργον*. Theodorus Bibliander, Scholæ noster Theologus *πολύγλωσσος*, doctissimo de ratione Linguarum Commentario, [c] quo primos in Germania ostendit libros Arabicos typis excusos. *Legi, inquit, vetus instrumentum versibus Germanicis redditum à Rodolfo quodam oriundo ex familia, qua nomen habet ab eminente arce in Rhetia, quam vulgus nominat Hohen Emst idque rogatu & jussu Regis Conradi (regimen ejus in an. Chr. 1250, incidit) filii Friderici II. Caesaris Augusti, qui versus Orthographia, verbis, inflexione, structura, modoque carminis discrepant à presenti consuetudine. Id quod uno exemplo perstringam. Nam de fide Gabaonitis à Josua & ceteris Israëlitis data, sic canit:*

Swel man den ban Gottes breche;

da man es an ihm reche. Pro illo, quod sermo nunc usitatus diceret:

Welcher man den Gott's ban brach!

das man es an ihm billich räch.

Hujus & aliorum quorundam Interpretamentorum meminit [d] Goldast, Alemannicarum rer. Tom 1. *protrita* (inquit) *vox sera* (sehr/weetag/senden) *Ottifredo VVissenburgenfi* in eo libro, quem *Gratiam Dei Theotisce præscripsit, Noikero Labiani* (hic enim auctor est, non Balbulus, ut falso hætenus opinatus sum) in *Psalterio Barbarico, VVilleramo Abbati in Cantico Canticorum, Rudolpho ab Ems in Paraphrasi Veteris Testamenti, cujus Flaccius Illyricus & Theodorus Bibliander meminere, & ab heredibus Schobingeri nostri desideratissima memoria viri possidetur, Strikero in Gestis Caroli M. & quorum volumen soleo Aulicum & Antiquitatis Germanica thesaurum appellare. Kero Monachus in Lexico; Dolum, (Dolum pro dolore dixit, cujus notionis exempla apud Savaronem notis in Sydonium) *seer, Dolentem, seera zanta*. Ot-frydus lib. 3. c. 4. de paralytico.*

Thaz er lag si ware

In themo selben seere. Et in fine, de Jesu Salvatore;

Thaz er was ther Heilant!

Ther inan thes seres in bant. Et aliis millenis locis.

Sed & alia, si non eadem, eoque antiquissima, dubio procul, est versio illa Rhythmica (paucis tamen, quod sciam hætenus vel indicata, vel observata) cujus

geminum hoc loco subjiciemus specimen, alterum quidem ex historia Geneseos de Iosepho, alterum, magis liberum, ex Numerorum libro, de æneo serpente.

Primum ita habet:

Do der hunder sere je mere vñ aber meere.
 Begunde herrin ober dū lane. vñ nieman nicht kornis vane.
 Daz livt in hongers not began. den Kunic sere rüefin an.
 Daz er in hieze geben da. die nordvrsere die hiez er sa.
 Daz si ze Jofse giengin. vñ von im da enpfiengin.
 Korn vñ spise daz geschach. die schiire man vffstien in sach.
 Da si vs verkösten korns vil. Daz vñ tac vñ alliv zil.
 Was vmbē in vil groz gedranc. daz livt vil groz in honger ewanc.
 Daz si goltin durch hongers not. daz korn durch not swie mans in bot.
 Jofeph gewan in forzim zil. goldis vñ silbers vil.
 Wz wendic rehtir maze zil. daz es was mere danne vil.
 Vñ der Kunic so richte. daz sib im niht gelichere.
 Wan er mit dem rainen man. so sere uchin began.
 Daz sin güt wuchs vñ sin gewalt. vñ wart mit richait manevalt.

Wz wart in terra Canaan. Israhelē kont getan.
 Daz warhait rehtir mæri. daz in Egypte wæri.
 Korn vaille. vñ ander lipnar. do sander siner sūne dar.
 Zehine vñ belait Benyamin. bi ime die zehine sūren hin.
 Sein. Egypte als si soldin. da si do koufen wolden.
 Korn. do vorden si gesant. bi der zit in Egyptin lant.
 Alse in daz zil vf der vart. gestozin noch der verte wart.
 Da kamens an den stunden. da si Jofebin funden.
 Den man do da zelande des landes Herren uande.
 Alse sie für dem kamen hin. zehant do ant betin si in.
 Wan er was in gar vnbekant. vñ er bekant si sa ze hant.
 Alser sie zuzime komin sach. nach frage er hertecliche sprach.
 Mit ainem ritære. was ir geberte wære.
 Vñ wie si waren komin dar. si sprabin daz si wærin gar.
 Ze finden ainem man ir korn. von dem si wæren geborn.
 Der wære in terra Canaan. bi dem hættin sic verlan.
 Da hatme dannoh ainen. vñ hatten me di kainen.
 Wan ainen. in wari vnbervornmen. wan der selbe wæri komin.

Moyfes

Posterius verò:

Moyſes der wiſe man. daz her her ſchiet von dem Lande dan:
 vñ ir creſtericher gezoꝝ. ſie ſürin übir den Jaboꝝ.
 In ain lan̄ daz lac da bi. daz waz gehatzen edrat.
 Daz waz mit dieniff vnderan. Dꝝ dem Künige von Baſan.
 Der waz von riſer Küne geborn. ſo ſtarc mit crafft als vñrkorn
 So manlich vñ alſe ellenchafft. daz ſich nieman gem ſiner crafft.
 Moſte in den ſelbin richin. gnozin vñ gelichin.
 An ſterkt an müe an ſtiten. verſaminde bi den jiten.
 alle ſine crafft ze wer. vñ beſtüne daz Iſrahelsche her.
 Do füge got mit ſælden gar. So riche helfe ſiner ſchar.
 Daz er mit creſtrelicher hant. So ſtarc helfe ræret ir lan̄.
 Daz ir crafft oggis frechat. Mit Gottis helfe übir ſtrate.
 Wan Gottis crafft an Oggis crafft. wart bi den ſinin ſigehaft.
 Alſe Gottis hogewalt gebor. Dꝝ wart irſlagin vñ lac da tot.
 Vñ alle die er brahte dar. dar ſluc dez hogſten Gottis ſchar.
 Die atterhaſten wormoltin. da mit ir bizin ſivrin.
 Daz her dort alſo nætin. daz ſie vil mantgen tætin.
 Tatint an vns daz ſie ſint. mit zarte vnſer liebiffen kint.
 Vnſer hobit ſchulde. die vns Gottis holde.
 Verlieſint vñ vnz nætint. mit ir bitzen die vns tæint.
 In den ewigen tot. ſwer von den lidet todis not.
 Der ſehe mit raines herzen ſitten. Waz criſt dꝝrch vns hat irſitten.
 Vñ ſehe ſine martir an. ſo ſchaidet er geſund von dan.
 Ob in der ſündin giftic mvnt. mit giftic ze tode het verwont.
 Geſhiht daz er mac ſiher weſen. daz er des todes iſt geneſen.
 Der d ſele lebinden tot. git vñ jemer wernde not.
 Als dort genafen in der ſchar. die des ſlangen namen war.
 So von dannen geſhiet. daz her der Iſrahelschen dier.
 Si kamin an ain wazzer groz. daz dꝝrch die ſelben Wüſte vloz.
 Daz hiez zaret de gein dem her. ſih vñ ter alſe daz rote mer.
 Als daz von ir dꝝrchvart. ir ſüz nie deſte nezzir wart.
 Biz daz ſie da dꝝrch kamen. herberge ſie do namen.
 An ainem wazzer ſa ze hant. daz waz vñ iſt Arnon genant.
 Daz gat ab den bergen dan. da noh Arabia ſtozt an.
 Vñ ſchieht do ze ainer ſiten. daz lan̄ der Moabitin.

Das

Vñ Amorem das tant. die schrifft cū vns for war bifant.

Das bi dem Wagger her vñhin. die bohil sūhtin sūh genin.

Die vñ der planie lagin. swie hohi tr joch si wagin.

Ste sūhtin si gar in die tal. vñ ebintin sich vñir al.

Das deste libeer dan vñ dar. mohtin kōmen die Gortis schar.

Fortean & hujus naufragium fecisse nisi versionis penitus; nisi fragmenta quædam in membrana scripta, quæ jam antea ab interitu & oblivione, cui devota erant, vindicavi; divina; superesse voluisset providentia, quæ tamen veterum Germanorum pietatem in dubium vocantibus satis facere possunt. Et quia hæc talia, quorum non negligenda aut contemnenda est fides, distrahi facile possunt, & vel ignarorum, vel ignavorum incuria amitti, placuit aliquod sive vetustatis monumentum, sive assertionis nostræ documentum hoc loco adjicere.

Hæc de *Bibliis Germanorum Rhythmicis*; quo dicendi genere Majores nostros fuisse delectatos tam in profanis, quàm sacris, notius est, quàm quod prolixè à me sit probandum. In illis certum est quæsiuisse eos memoriæ subsidium. Quæ *prosaicè* ante Reformationem prodierunt sive Msc. sive typis excusa exemplaria, non eandem ubique illa observant rationem.

Antiquissimam, typis excusam, Editionem, & quæ non multò post inventum subsidium chalcographicum prodiit, vidi anno hujus seculi 57. in Bibliotheca Augustana publica; Ad scriptam, nisi fallor, Epocham habet 1448. quæ in aliis rarè observatur exemplaribus. *Successit* Norimbergensis prior 1477. & posterior 1483. Est & versio Germanica, cujus partem inde ab Esaja ad finem usque N. T. nuper amicis mecum communicavit, manu Sacellani cujusdam *Nicolai Brackmii* an. Chr. 1472. exarata. Habeo quidem ad manum Codicem *ἀνεπιγραφοῦ*, quem non nemo ann. Chr. 1457. impressum conjectat. Ita sua ad Cod. observavit manu *Job. Jac. Huldricus*, Theologus Tigurinus. Tertia vulgata est an. Chr. 1518.

De singulis illis Editionibus sigillatim jam judicare, instituti nostri non est. Notamus tamen 1. Deplorandum illius ætatis statum, vel eo fuisse nomine, quòd nullus eo tempore de Editione ad Contextum Authenticum examinanda cogitaret. Rivulos omnes sequebantur, fontibus non consultis. 2. Nimis morosè vocabula *πρῶτα*, propria cum primis, sæpe etiam ineptè, Interpretes reddidisse. Sacellani supra memorati *πρῶτα* librorum minus accurata est. E. G. Threnos, vocat, Jeremien flag. Sind die lectiones, die man liest in der Karwoche 1 und zu Metten. Mayon der Prophete. Abacug der Prophete. Simphonias der Prophete. Et in N. T. Paulus zu den Rōmeren &c. 3. Non modò libros Apocryphos, quos Ecclesiasticos veteres appellarunt, cum Canonicis conjunxerunt; sed eos etiam, qui *ὑποκρίματα* apertè ab

ab Ecclesia sunt postulatæ, addiderunt. Talis est Epistola ad *Laodicenses*, quam exemplaria quædam habent. 4. Magna libertate ufos Translatores, ut vix unus & alter reperiatur Codex ante Reformationem Germanicus, in quo non tam quo ad stylum, quam quo ad res ipsas, notorium ubique sit discrimen. Et quoniam hæc libertas vitio Interpretibus nostris post Reformationem. fuit versa, in rem eam præsentem, & collateralis *διὰ τὴν ἑσθ* veterum Interpretum vel consensum ostendamus vel dissentium, Sumamus loco Speciminis C. 53. Iesaj.

1.

*Exemplar Augustæ
1477. cui proximè ac-
cedit Norimberg.
1483. & Argent.*

1485.

Dherr wer gelaubet un-
ser gehörd. Vnd wam
wirdt eroffnet der arm des
herren. Vnd er stig auf
als ein rüt vor ihm und
als ein wurzel von dem
durstigen landt. Ihm was
nit die gestalt noch die ge-
zierd. Vnd wir sahend yn/
und was kein angesicht/
vnd wir begehreten yn ver-
schmächte ist / den leefften
der mann einen maß der
schmerzen vnd wissend den
siechtumb vnd sin anltig
was als verborgen vnd
verschmächet davon schäze
wir yn nit. Fürwar er
nam hin vnser siechtra-
gen vn trug vnser schmer-
zen vnd wir schäkten ihn
als einen uffstigen vnd
geschlagen von Gott und
gedemütiget. Wan er selb
ist verwunde umb vnser
missethat und ist zertrüt,

2.

*Manuscriptum Sacel-
lani de anno 1472.*

Wer hat vnser ge-
horde erlaubet / vn
wem ist des Herren arm
geoffenbahret / vn wyet
uffgon vor ihm als ein
rütlein / und als ein
wurzel us einem tur-
stenden ererich und ist an
ihm kein schöne noch ge-
zierde vn wir sohent in / vn
was nit fine angesicht/
und wir habent in begert
versmehen uff den jungsten
der mannen / den man /
der smerzen / unwissenden
die krankheit / und ist sin
anltig als ein verborgen
sin / und versmabet. Do-
von achten wir in nit. Ge-
werlichen vnser siechre
leider und vnser smerzen
erlicher / und wir hant in
geachtet / als einen malaz-
gen und als einen geschla-
genen von Gotte / und als

D

3.

*Αὐτὴν ἔχει, quod
tamen a tate reliquis
cedere videtur.*

Dherr wer glaubt un-
ser gehörd: und wem
wirdt eroffnet der arm des
herren. Vnder statz auf
als ein rüt vor im: und
als ein wurzel von dem
durstigen land. Im was
nit die gestalt noch die ge-
zierd / und wir sahend in/
vn sein angesicht was nit:
und wir mercken in ver-
schmecht und dem jünge-
sten der maß: ein maß
schmerzen und wissend den
siechtumb. Vnd sein an-
ltig was als verborgen uff
verschmecht: davon acht
wir sein nit. Fürwar er
nam vnser gesuntheit / und
trug vnseren smerzen.
Vnd wir massen in / als
einen missligen: und ge-
schlagen von Gott / und
demütiget. Wann er selb
ist verwunde / um vnser
ungangkeit: und ist zer-
schet

Aug:

schet um unser sünd. Die zucht unsers frids ist uff im und in seiner wunden son wir gesunde worden. All irren wir als die schaffe ein yglicher der neyget sich in sin weg / un der herr der sagt yn in die misethat unser aller. Er ist geopferet worden wann er wolt es und tet nit auff sinen mund. Er ward geführt zu der schlachtung als das Schaff und erstummet als das Lamm vor dem scherenden es / und thet nit uff sinen mund. Er ist erhöbet von dem urtheil und von der angst. Wer wirt verkinden sin geschlecht. Wann er ist abgeschnitten worden von dem lande der lebendigen. Ich schlug yn umb die misethat mines volcks. Und er gibt die ungnüetigen für die begräbnuß / und den richen umb sinen tod. Darumb das er nit tet die misethat / noch die triegent was in synem mund und der herr wolt yn zertnischen in dem siechtumb. Ob er setze sin sel umb die sünd / er sichte den langwirdigen samen / und der willen des Herren wirt geschicket / in seiner hand. Darumb das sin sel hat gearbeitet : er sicht und wirdt gesat.

Manusc:

einen gedemütigten. Aber Er ist verwundt umb unserer ungangheit / Er ist zertnisset um unserer misethat. Die zucht unsers friden komme über in / und wir sindt von sinen siner gen geheilet. Wir alle gtingen irre als die schosse. Ein jeglicher gting in sinem weg / und der herr hat uff in geleyt / unser aller ungangheit. Er ist in den tot geopferet / wenn er wolte das / und tet sinen Mund nit uff. Er wurt als ein schoff geführt zu dem tode und wurt erstummende als ein schoff vor gñem / der es schert / und tet nit uff sinen munt von der angst / und von dem gerichte ist er hin genommen : wer sager sine gebureh ? Wann er ist abgeschnitten von der erden der lebenden / um die meinet mines volcks hab ich in geschlagen / und er würt die unmitlen geben in begraben und die richen für sinen tot. Darumb wann er nit ungangheit hat getan / un noch kein triegen in sinen munde ist und der herr wolte in zertnischen in der franckheit / und er würt setzen setzen sine sele für die sünden so würt er

Ave mye:

znische umb unser sünd. Die zucht unsers frids ist uff ihn / und in seiner wunden sey wir gesundet. All irren wir / als die schaff / ein jeglicher der naig sich an sein weg / und der herr sagt in ihm die ungangheit unser aller. Er ist geopferet wann er selb wolt es / und er tet nit uff sein mund. Er ward geführt als das Schaff zu der erschlagung / und der stummet als das Lamb vom dem scherenden es / un that nit uff sein mund. Er ist abgenommen von dem urtheil und von der angst : wirt erkunt sein geschlecht. Wann er ist abgeschnitten von dem land der lebendigen. Ich schlug in um die misethat mines volcks. Und er gibt die unganget für die begrebet und die richen für ein tod : Darumb das er nit tet die ungangheit noch die triegzeit was in seinem mund : und der herr wolt in zertnischen in dem siechtumb. Ob er setze sin sel umb die sünd / er sicht den langen samen : und der will des Herren wirt gerichtet in seiner hand. Darumb das sin sel hat gearbeitet : er sicht und wirt gesat. Er selb mein gerechter knecht / der gerechtshafft.

Aug:

In seiner kunst hat gerecht gemacht er selb der gerecht min vil knecht/ und hat selb getragen ihr boß. heyt. Darumb will ich im manig uñtzen / und wirt seylen dierewb der starcken darumb das er hat geantwurt sin sel in den tod. Was ist geacht mit den unglütigen. Was frug oder nam hin die sünd manger / und bettet umb die übergeet.

Manu:

sehende das langwirtige geschlecht / und wirt des Hemen willen gericht in seiner hand / darumb das sin sele hat gearbeitet. So wird sie sehende/ und wird gesattet : in seiner kunst wirt er recheverfignende der gerecht min knecht wirt maffiger/ und ire ungangkeit tragende. Darumb will ich ime manigen ehren / und der starcken rouy sol ereylen daruambe was er sine sele in den tod hat gegeben/ und mit den untrigen hat gesachtet/ und das er maniger sünden getragen hat/ und für die gebottbrecher hat er gebotten.

Avenyge:

getmanigin seiner wissheit und er selb trege ihr ungangkeit darumb verget ich in manig/ und ertheilt die raub der starcken: dorumb das er hat geantwurt sein sel in den tod: us ist geacht mit den ungerigen. Und er nam die sünd manger/ und bettet umb die übergeet.

Post Reformationem, cum Ecclesia Romana metueret, ne nostræ versiones aliis etiam placerent, permisit illa, ut Lingua sua; impetrata tamen semper prius venia; Biblia legerent Germani. Vnde versio N. T. Hieronymi Emseri, Vtriusque verò Iohannis Dietsbergii 1550 & Caspari Vllenbergii (quam posteriorem vel hoc nomine, quòd fidelissimè textum exprimat Latinum Vulgarum) Pontificij præferunt. Eandem nuper hac ipsa de causa, quoad fieri potuit, visum fuit retinere Editoribus Moguntinis.

Nostri interim ab ipsa statim Reformatione in hanc maximè incubuerunt curam, ut sacram Scripturam populo Christiano non modò redderent intellectu faciliorem, quoad styli evidentiam; sed etiam certiorè, ex collatione fontium. Initium fecit Martinus Lutherus, qui opera Melancthonis, Forsteri Vrogalli, &c. aliorumque, perspicuitatis majori, quàm proprietatis habita ratione, Biblia edidit Germanica, in quibus etiam Ecclesiæ hactenus Germanicæ, etsi non semel hinc illinc, à nostris etiam, Pareo, Tossano, &c. revisis, acquieverunt. Tigurini successerunt, qui, ut Genti suæ consulèrent, propriusque ad textum originalem accederent, suam etiam paulatim adornarunt versionem, quæ inde ab anno 1525. decies septies, variis prodijt formis. prima 1525. duobus

Variæ Editiones Tigurinæ Tomis, apud Frofch. cum præfatione Ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ. Vbi tamen notandum, lentis hanc Editionem passibus processisse. Initium factum à Novo Testamento, quod jam ann. Chr. 1523. & 1524. Basileæ ex Lutheri Versione prodierat. Finis impositus 1529. Eiusdem anni alia est Editio, in 8. diversis characteribus expressa. Sed & in 12. vulgata est literis Latinis, partibus constans sex, quarum prima an. Chr. 1527. quarta 1529. absoluta est, præmissa præfatione Ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ in Prophetas, & *Leoni iudæ* in Libros Apocryphos. *secunda* Editio 1530. in forma quarta, literis Latinis apud Frofch. Translatio librorum Apocryphorum, qui ad calcem N. T. annectuntur, *Leoni iudæ* tribuitur. *Tertia* est de an. Chr. 1530. in magno folio, perfectissima & absolutissima, cui proximè accedunt Editiones 1536. 1540. *Quarta* 1534. apud Frofch. cum præfatione. Hac disertè Editio, ut & sequenti 1536. monetur, *tota Biblia, utriusque Testamenti libros, accuratè à Ministris Tigurinis fuisse translata. Quinta* 1536. Eadem cum superiori. *Sexta* 1538. in forma 4. cum præfatione Editionum 34. & 36. modò præmissarum. *Septima* 1540. cui figuræ quædam accesserunt, & argumenta capitum. *Octava* 1542. in quart. *Nona* 1548. in folio cum præfatione, quâ singularis Editorum, in collatione hujus versionis ad contextum originale, commendatur industria: quæ proinde Editio repetita est 1554. 1597. 1618. paucis mutatis. *Decima* 1554. in folio, apud Gessner. Ectypus edit. 1548. *Undecima* in fol. Typis Frofchovv. cum præfatione encomiastica operis. *Duodecima* an. Chr. 1570. eadem cum superiori 1548. *Decimatertia* 1571. in fol. respondet per omnia Editioni 1586. *Decima quarta* an. Chr. 1580. in fol. Typ. Frofch. *Decima quinta* 1589. quæ & prima habet expressos versiculos, & capitum argumenta, & annotationes doctrinales ex *Parso*; qui ut *Tigurinorum* Editionem prolixè commendat; ita & *Tigurini* *Parcano* hoc labore suam usibus commodiorem reddiderunt versionem. *Decima sexta* 1597. in majori folio, Typ. *Volphian*, quod opus commendatur revisione, accurata capitum distinctione, Capitum argumentis, Concordantiis, Tabulis Chronographicis &c. *Decima septima* 1618. eadem planè est cum superiori, cui & *sequens* 1638. respondet. In his autem Editionibus diversis id dederunt nostri operam, ut posteriores vestigiis priorum, quantum fieri posset, insisterent: si quæ mutationes occurrunt, Linguæ potius sunt, verborum & Dialecti, quàm rerum; etsi negare non possimus, hoc etiam studium admittere *Ἀρτίστας Φροντίδας*. Consensum autem maximum observavimus I. inter exemplaria 1520. 1530. II. 1534. 36. 38. III. 1540. 48. 54. 70. 71. 80. raro ab iis discedit 1565. IV. 1554. 1597. 1618. & 1638. Non possum, hoc loco, intactum relinquere malignum in Ecclesiam Tigurinam affectum *conradi schlusselfurgii*, Theologi Lutherani, Superintendentis Stralsundani, qui Theol. Calvinist. lib. II. pag. 79. scribit, se an. 1560. Münda, in Saxonia, vidisse exemplar Bibliorum Tiguri impressorum, ubi verba

Cœnæ;

Cœnæ: Hoc est corpus meum, vertantur: Hoc significat corpus meum. Mendacium
 παραάνηχον. Collatæ sunt exemplarium Tiguri vulgatorum inde à Reforma-
 ne diversæ Editiones omnes, sed hujus translationis nec vola, nec vestigium. Et
 tamen hanc cramben temerè reponere fuit ausus *Greiserus* Admonit de Bibl.
 Tigur. pag. 28. Quid, quod heri, Paschatis festo, vir eruditus ex Italia hac
 transiens, cum administrationi sacre Cœnæ adfuisset, nostræ potius gratulari
 quàm invidere voluit Ecclesie, quòd, cum hætenus audivisset, institutionis verba
 non retineri, sed est in significat mutari, contrarii jam testis esse potuit αὐτήκοος.
 Nempe, malunt multi unguis esse in ulceribus, quàm hianti vulnere adhibere me-
 dicinam, & animorum distractionem lenire! Sed אורחא נגב de istis. Tertium
 ordine temporis locum obtinet piscator, cujus industriæ & judicio multum de-
 ferendum illi non diffitebuntur, qui eandem contulerunt, sive cum ipsis fontibus,
 sive cum aliis Translationibus: non parùm tamen *Tremellii* & *Junii* & hic
 fuit adjutus laboribus. In N. T. *Polani* habemus Editionem de anno 1603, &
Breitingeri 1629 quorum hic κατά πῶδα textui Græco institit. Veteris Testa-
 menti, suo jam tempore, cum Notis, aliata dare constituerat versionem *rodolphus*
gualterus, cujus specimen editum habemus in Genesim; ἀνέκδοτον in Iesajam.
 Tërta est & elegans illa versio, & ita comparata, ut si integram illam haberemus,
 multis, procul dubio, alijs, palmam illa præriperet. Finem huic Capiti im-
 ponerem, nisi gloriosissimæ memoriæ Princeps *Johannes sipontinus* aurem
 mihi vellicaret, qui per Legatùm superiori seculo Tigurum missum, quæri ex-
 nostris voluit Antecessoribus, quæ ratio pateret & via commodissima unam
 aliquam, eamque correctam omnibus, per Germaniam Reformatis commen-
 dandi Translationem Germanicam. Hæc utinam cura in præcordia Magna-
 tum rediret! Non sugillamus eorum, qui Sacras transfulerunt Literas in linguam
 Germanis vernaculam, labores; animum tantùm nostris addimus, ut & ipsi
 ad Templi structuram aliquid conferant. Hieronymum veneramus, *Lutherus*
 miramur, quod ipsos adire fontes in Ecclesia Latina & Germanica primi
 fuerint ausi: neutri tamen authoritatem ἀντιδρῶν relinquimus. Speri-
 dum omnino, si celsissimi principis sipontini non ad animum modò revocaretur
 consilium, sed & manus eidem admoventur, redundatura ad Ecclesiam inde
 multa comòda. Non enim, hac nostra ætate, nihil planè in hoc studiorum genere
 debet expectari. Subsidia ad manus sunt, quæ multis retrò annis ne sperari
 quidem poterant. Neque metuenda vel in *Lutherum*, vel quemcunque alium
 Interpretem injuria. Alios laudemus, interim, ne vituperium mereamur aut
 talenti defossi opprobrium, caveamus. Certè, γνήσιοι Lutheri discipuli tot
 jam in Præceptoris versione observârunt παραρρήματα, ut insignes Ecclesie,
 quæ ex versione illa suas quoque transvasârunt, mutata paulatim mente, ac
 curatiores dederint translationes, Præiverunt Belgæ, tutò alijs, in eadem se-
 mita,

mita, sequi licebit Ecclesijs. Maneant amici magni illi Viri, magis tamen sit amica veritas. Expendant, rogamus, qui possunt & debent, annon laeta Translationis opera dignissima sit, quam seria amplectamur cura, ita etiam comparata, ut fructu non sit caritura. Iudicent, an quicquam æque occupare nos debeat, atque religiosum illud studium, quod Deus nobis sua Lingua loquentem proximè exprimit. Non invidemus Antecessoribus messem uberrimam, modò spicilegio probemus, non fuisse nos, in officio segnes aut desides. Quæ de periculo scandali, requisitis, ratione & modo novæ ejusmodi adornandæ versionis dici possent, publica non ita pridem Disputatione excusimus.

CAP. IV.

DE VARIIS IN VARIOS CONTEXTUS SACROS OBSERVATIONIBUS.

Extant notæ & Apparatus in Textum 1. Authenticum
 2. In versiones varias in genere, Editiones cum primis πολυγλώττες. 3. In specie, in Paraphrasin Chaldaicam.
 4. Versionem utriusque Testamenti Syriacam. 5. Arabicam. 6. Persicam. 7. Samaritanam. 8. Aegyptiacam. 9. Aethiopicam. 10. Græcam. 11. a. Latinam vulgatam. b. Erasmi. c. Pagnini. d. Munsteri. e. Tigurinorum f. Castellionis. g. Bezae. h. Tremellii & Junii. i. Piscatoris. k. Coccei. 12. Germanicam, a. Pontificiorum, præsertim Moguntinam. b. Lutheri. c. Tigurinorum. d. Piscatoris. 13. Belgicam. 14. Anglicam. 15. Gallicam.

Mirum est, qua semper religione & industria in custodiendo sacro sancto Scripturæ deposito, non Ecclesia modò christiana; sed & Synagoga judaica fuerit occupata. Vnde tot ad nostram usque ætatem propagata pia eorum, qui authoritati fontium consultum voluerunt, μελετηματα. Et de veteris quidem Testamenti integritate consili potest ex Iudeis præfatio R. Iacobi, ben chajim, præfixa Venetis & Basileensibus Bibliis, docta & elegans, quam & Latinam habeo, sed ἀνεκδοτον. Eandem, sed majori cum successu præstitit operam

operam ex Christianis D. *Buxtorfius* E. tum de Origine, & Antiquitate Punctorum Vocalium, tum in Anticritica sua, quâ singula Contextus Hebraici loca vel mutationis, vel corruptionis insimulata, doctè vindicavit. Notæ Masorethicæ, quæ de varia veterum exemplarium lectione nos monent, non modò ad marginem Codicum tam integrorum, quàm partium singularum fuerunt a notatæ; sed & de origine, autoritate, usu, materia Masoræ prolixè actum est à *Buxtorfo* in Tiberiade. cui, alia tamen Methodo, prævit *Elías Levita*, in suo Masoreth hammasoreth. Ut enim ille autoritatem Masoretharum, debitam ijs asserendo diligentiam ostendit, & defendit, ita hic, nimiam in punctorum vocalium &c. inventionem industriam assignando; potius eam opprimit. De *Keri* & *Ketib*, earum origine, & numero consuli debent *Buxtorfii*, *Waltonus* in Apparatu. *Vsserius* ad Capellum: Nos succinctè de illa materia hinc inde, præsertim in Thesaurò Philologico. orientalium & occidentalium variæ lectiones in Bibliis Basileensibus, Anglicanis, &c. occurrunt, Antiquitatem punctorum vocalium prolixè & asseruerunt, & vindicaverunt *Buxtorfii*, Pater & Filius, illè in Tiberiade: hic in tract. de origine Punctor. Negarunt, vel in dubium illam vocarunt author *Arcani Punctorum*, & Apparatus. Anglicanus. Nostram ἐπιλογισίῃ semel atque iterum [a] de hac materia exhibuimus. Sed & characterum Assyriacorum, sive quadratorum Hebraicorum antiquissimam originem monstrarunt *Buxtorfius* F. peculiari dissertatione, *Spanhemius* Ezechiel, *Leusden*, quibus nos calculum nostrum libenter hinc [b] inde addidimus. Pro samaritanis pugnarunt *Scaliger*, *Capellus*, *Waltonus*, *Morinus* &c. Et quia, Caputum loco, *Paraschus* veteres adhibebant Iudæi & *Haphtaris*; de quibus alibi; earundem *Παρακα* Editiones Bibliorum Judaicæ referunt diligenter. De Linguis quibus Vetus Testamentum exaratum est in genere, fusissimè *Walton*. agit tum in Apparatu. tum in Introd. ad Lect. Lingg. Orient. *Bochartus* [c] breviter; nos, & in Smegmate Orientali, & Centur. Quæst. Theol. prolixius. In specie de Hebræa, ejus origine, & antiquitate; confusione & plurium Linguarum ortu; conservatione & propagatione, adeatur *Buxtorf*. Dissertatio: *Alingus*, *Leusdenius*. Nos in centur. nost. totam hunc materiam compendiosè contraximus, Quæ præterea ad contextum sacrum Hebraicum spectare videntur, inferius, ubi ad Bibliothecam Topicam deventum fuerit, excutiemus. Summatim monemus, hunc apparatus magna cum laude auxisse *Schiekhardum* in suo bechinat happeruschim, *Amamam* in Antibarbaro, *Leusden* in Philologo, &c. quorum potissimum cura circa ipsos fontes Hebraicos, eorumque causas tum procreantes tum conservantes occupatur. Id ipsum *Thefaurus* etiam noster philologicus intendit. Hæc una nobis in Contextu Hebraico superesse videtur *κρουφῆ*, ut videlicet tam ex Masorethicis Notis, quàm alijs

Con-

[a] Theol. Philol. p. 399. Centur. Quæst. Theol. p. 125. [b] Exercitat. Anti-Morin. pag. 60. Centur. pag. 118. [c] Phaleg. & Centur. pag. 145.

contextûs sacri Codicibus vetustis colligerentur variæ lectiones. Quo quidem nomine cum nuper magno Theologo molestus essem, ita respondit: *De antiquis Bibliorum Hebraicorum codicibus inquirendis, res esset necessaria pariter & utilissima; non enim dubitandum, quin ratione punctorum quorundam, & accentuum, & similium minutiarum, multa restitui possent. Laudabile hujusmodi collationis initium fecit Menachem de Lonzano in Pentateuchum, quem totum translati. Usus ille est multis exemplaribus manuscriptis, ex variis terris conquisitis, annorum 400. 500. 600. & paulo ultra, Libris item variis Masorethicis. Citat codices Hierosolymitanos, Aegyptiacos, Arabicos, Hispanicos, Germanicos; Librum Esæ, Codicem Hillelianam; laudat valde Codicem antiquissimum scriptum in Catalonia; Codicem quendam, quem vocat נשיאי, (Hillelianum, qui fuit נשיא) alium תמרי; (Hierichontinum, à תמר palma: Hiericho enim aliàs palmarum civitas fuit appellata) item זנבוקי, (vel forte זנדוקי Sadduceorum.) Postremi hujus meminit aliquando Mercerus in suis scriptis, ex notis Bibliis Reginae Manuscriptis adjectis. Rabbini Constantinopolitani Praefationem libro addiderunt, quo studium ejus laudant, & ut feliciter continuare possit, hortantur omnes, apud quos bona nota codices latitant, in Bibliothecis seu publicis, seu privatis, eos cum ipso communicent, imprimis Synagogas Damasci, Hierosolymis, & תלבי Halebi. Biblia Heidelbergensia Ms. ante hos 44. annos ibi vidi, & meis manibus semel atque iterum pervolvi, sed junior adhuc eram, quàm ut debitam curam adhibere possem. Quantum memini, aberat Pentateuchus, quod in aliquot aliis etiam deprehendi; formâ erat grandi, nigro corio obducta, Masorethica nota adjecta erant. Immensus Thesaurus nobis in illo volumine periit: non enim puto, parvis antiquitatis ullum uspiam extitisse: Judai ipsi maximi faciebant. In Bibliotheca Argentinenâ extat etiam Manuscriptus Codex, tribus voluminibus compactus, scriptus in pergameno eleganter, iidem adjectas habens quasdam notas Masorethicas. Sed & in illo deficit Pentateuchus. Marchio Badensis, præter Codicem illum majorem, habet adhuc alium, quem ego ex variis indiciis, æquè antiquum ac illum,*

illum, aut forte antiquiorem, censui. Sed quis est, qui vel possit, vel velit, in his perlustrandis, conferendis, examinandis, operam impendere? Extant & alibi in Principum Bibliothecis, sed tanquam ad carceres & tenebras aeternas damnati, quia ad usum & inspectionem vix cuiquam conceduntur. Ego hujusmodi laboris initium feci: cui licet alijs plura addere. Antiquorum exemplarium vicem nobis suppleat Masoretha, qui procul dubio etiam suo tempore antiqua exemplaria habuerunt & usurparunt. Noli, quod scopo nostro inserviret, lectorem hoc *Διόστυματιω* defraudare. Cetera, quæ de distinctione Capitum, Versuum, Titulorum; &c. discrimine inter nostram & veterum divisionem, disquiruntur, à Casaubono, Heinsio, & Crojo disputata sunt. Nos etiam de origine, varietate & autoritate tum distinctionum tum accentuum quædam conscripsimus in *Centur. Questionum Theologicarum*.

De Novo Testamento non minor Christianorum Criticorum fuit cura. Criticamò enim, Masorethas quoque suos Christianos habuisse reperimus. Nam N.T. planè ut Veteres Librorum, [a] Capitum, Versuum, Vocabulorum etiam inierunt numerum: ita posteriores ipsa inter se vetustissima contulerunt exemplaria. Initium fecisse videtur Laurentius Valla, secutus Erasmus; *Λογυφῶν* assecutus Robertus Stephanus, qui ex XII. Codd. Msc. alijsque exemplaribus varias collegit lectiones. Eandem æmulatus industriam postea fuit ex nostris Beza, ex Pontificiis Brugensis, & de la Cerda, quos nostra postea ætate insecutus fuit Hugo Grotius, & Curcellæus; qui omnes Codicum inter se instituta collatione, Criticam, sed diversissimo tum scopo, tum eventu, exercuerunt. Ultimam tandem nuper manum imposuit Waltonus, qui omnium, qui haberi poterant Msc. & impressorum Codicum variantes lectiones studiosissimè collegit & exhibuit. De stylo varia eruditorum sunt certamina. Hellenisticam vocat & defendit post Scaligerum, Heinsius, & qui cum eo faciunt. Intercedit Salmasius suis de Hellenistica commentariis, funere & osilegio Hellenistico. Quæ Pfochenius de N. T. stylo scripsit, Thomas Gattackerus diatribe docta recensuit. Dialectos numeravit Casparus VVissius sua Dialectologia, in quam censuræ extant Iohannis Vorstii. In genere de N. T. stylo agit Henricus Stephanus; quem tractatum nuper Balduinus VValeus suo in N. T. præfixit perpetuo commentario.

II. Sed majoris operæ est, de *Biblyis* judicare *polyglottis*, & quantum vel laudis singulæ mereantur Editiones, vel vitij habeant, examinare: id quod pauci hæcenus sustinuerunt. Quid vel *complutensis*, vel *regia Antuerpiensis* vel *parisiensis* polliceantur Editiones, ex præloquijs colligi potest. *parisiensis* cum primis operosè, Editionis commendat tum elegantiam in characteribus, tum accuratorem in translationibus, tum perfectionem in textibus. Sed non satis

II. In Po.
lyglotta.

ris fecisse per omnia. 1. *Interpretes*, Syrum cum primis Ecchellensem Maronitam, ipsi docuerunt Sorbonæ Doctores & Professores Regij: Vnde acerrimæ sionitæ & Flavignij censura. Nos, proluxa dissertatione de *Heptaplis Parisiensibus* nostrum expressimus iudicium. 2. *Textuum* etiam numero & complemento *Anglicanâ* esse inferiorem, supra *VValtoni* demonstravimus verbis. Hoc tamen & in *Anglica* observavimus, quod in textûs Arabici versione cum Gallica illi sæpe conveniat. Quid *samaritico chaldæa* Paraphrasis vel decori vel nævi habeat, *Meiburgeman* noster distinctis indicat classibus, quo & de reliquis; quas, supra Editionem Parisiensem, ostendit Londinensis; Versionibus Orientalibus, nostram breviter scripsimus ἐπιχρησιν.

III. In singulas versiones.

III. Quin etiam in singulas Translationes, singulæ & distinctæ sunt observationes, censura &c. Tres sunt Paraphrastæ chaldæi, Onkelosus, Ionathan, Iosephus cœcus: De quorum ætate, stylo, autoritate, usu, proluxè scripserunt *VValtonus* in Appar. *Buxtorfius* hinc inde, *Sebickardus* in Bechin. happ. Nos, tum in *Theſauro philol.* tum in *Meiburgem.* & *Append. Grammat. chald. syr.* Et quia punctatio Paraphrasium eadem in omnibus Editionibus non est; exhibet *Apparatus VValton.* collationes Editionis Londinensis & Antuerpiensis Regiæ, ubi discrepantiæ annotantur, cum annotationibus & observationibus doctissimis.

IV. In Syriacam.

IV. Ita de syriaca utriusque Testamenti Versione in genere, consulatur *Apparatus Anglic.* *VValtoni*, ejusdemque *Instruct. Theſaurus philolog.* *Meiburgem.* In specie verò ad *Veteris Testamenti* Interpretationem Syriacam pertinent collationes Textûs *Londinensis* cum alijs vetustis Codd. Syriacis *Msc. Vſſerianis. PoccoKiano & cantabrigiensi*, adhibitis notis & observationibus circa loca illa eruditis: De origine & Antiquitate Translationum Syriacarum agitur in *Præfat. Paris.* & *sionit.* in *Psalt.* & à nobis in *Meiburg.* De *Accidentibus Grammaticis*, origine præsertim & Antiquitate Punctorum vocalium Syriacorum scripsit *Ecchellenſis.* *Vitia & Virtutes* Interpretis illius Syri, qui in Editione *Parisiensi* retinetur, examinavimus partim in *Heptaplis Paris.* partim in *Smegmate Orientali.* *Novi* verò *Testamenti* Translationi inserviunt variæ lectiones, quarum aliæ collectæ sunt in Editione *Antuerpiensi*; aliæ in Exemplari *Trostiano*; aliæ denique in Codice *VValtoniano*. Quid differat antiquus *Quatuor Evangeliorum Codex*, qui in Bibliotheca *Altorfina* asservatur, jam etiam ab eruditis est observatum. Exemplar *Notarum Grammatico Criticarum* accuratum satis ab amico pridem communicatum nobis fuit, de quo alibi. Scripsit & *HACKSPANIUS* observationes, ad Codicem illum *Msc. Sed & VVidmenstadij* præfatio in *N. T.* heic locum habeat. De ipso textu, ejus cum fontibus convenientia vel discrepantia, *Ludovici de Dieu* obviæ sunt animadversiones in Evangelia, Acta, Epistolis Paulinas Syriacas &c. Hanc enim operam, contextui Syriaco magno cum labore impendit. *Tremellij* observationes *Historicæ* magis sunt, quàm *Grammaticæ*. Ego vel difficilius,

rum, vel vocum usu magis commendatorum locorum explicationem in *Grammat. chald. syr. & smeg. orient.* exhibui.

V. *Arabica* Versiones vel *Judaorum* sunt vel *Christianorum*, & hæc iterum vel *V. In Arabicam.* Vet. vel N. T. De origine, autoritate, prolixè egit *Waltonus*; tum in *Apparat.* tum *Instruct.* ut & *Præfat. Parisiensis.* De usu, abusu, commodis & incommodis, nos verba fecimus differat. de *Heptapl. Paris.* & *Smeg. orient.* Collationes textûs *Londinensis saadiani*, cum alijs exemplaribus tam *Msc.* quàm *Constantinopolitana* Editione, *Pocockius* collegit; quanquam hæctenus ego impertrare à me non potuerim, ut crederem, vel *Parisensem* vel *Londinensem* eandem esse cum *saadiana*. Rationes meæ extant partim in *Analectis* partim in *smeg. orient.* Observationes *Arabico Syriacas* in N. T. quasdam dedit *Hæckspanius*. De *Censuris Judaorum*, in *Saadianam, Arabicam*, breviter actum in *Thesauro philologico.* Collationem Textûs *Græci* N. T. cum *Arabica* Versione incepit *Beza*: continuârunt alij: absolverunt propemodum *Lud. de Dieu*, & *Joh. Viccars*, Anglus: ille ferè per utrumque Testamentum, hic per *Psalterium.* Usus ejus in *Theologia Exegetica* ostendimus in *Analectis* & *smeg. orient.* Certum enim est, ad ritus, ceremonias *Orientalium* ejusmodi *Translationes* multum conferre, ut locis citatis operosè monuimus.

VI. In *Persicam* Pentateuchi versionem *Tusij* extant notæ in *Appendice Anglicana*, ut & *Grævy* in quatuor *Evangelia.* *Wbelocus* in suam *Evangeliorum* Editionem paulò dedit prolixiores: sed & de *Versionibus persicis*, tum in genere, tum ijs in specie, quæ in *Biblijs* occurrunt *πολυγλωττοῖς*, *Waltonus* differuit in *Apparat.* & *Instruct.* Nos in *Meiburgeman.* & *Biblioth. orient.* Prima hæc sunt, & superioribus seculis ferè ignota, collationum studia, ex *Persicis* etiam textibus instituta.

VII. Plures brevi tempore *Samaritanus* Pentateuchus tum originalis tum translatus occupavit. De illius laboratum statim fuit *authoritate.* Eum nimium extollere volebat *Morinus*, qui surum putum dixit se invenisse *Mosis* Pentateuchum. Ei contradixerunt ex ipsis *Pontificijs* *Simeon de Muis*, *Flavignius* &c. Ex nostris, *Vfferius*, *Buxtorfius*, *Taylor* & *Bootius*. Ego *Exercitationes* *Morino* opposui, ex ipso contextu *Samaritano* erutas. Plus etiam æquo ei detulit *Ludovicus capellus*, cujus aliquando rationes *Epistola* prolixiori examinavi, sed est *ἀνεκδοτὸς* adhuc illa. Instituta etiam sunt collationes contextûs utriusque *Judaici* & *Samaritani*: Initium earum pridem feci, annotatis lectionibus differentibus ad *Codicem Hebraicum.* Accuratiores verò postea *Συμβίσις* instituta, discrepantiæ omnes collectæ, loca etiam in quibus *Samaritanus* contextus cum *Versione LXX.* *Virali* convenit (in cujus rei rationem alibi à nobis inquisitum est) uterque verò ab *Hebræo* recedit (in *append. Londin.* *Morinus* in opusculis suis varias lectiones & antiquis Textûs *Hebræo Samaritani*

Codicibus collegit, textum qua à Iudaico discedit, cum antiquis translationibus comparavit; Annotationes in Translationem Pentateuchi Hebræo Samaritanicam conscripsit, de Legis sectionibus Samaritanicis, collis, Periodis, alijsque notulis monuit. De discrimine Codicis Hebræo. & Chaldæo Samaritani insinuunt notæ Textui Samarit. in Edit. Londin. subjectæ. *Paraphraseos Chaldæo. Samaritanæ* vitia & virtutes prolixè conscripsimus in nostro Methurgeman. *Arabico. Samaritanæ* verò Versionis specimen, quantum à fontibus recedat, inseruimus Bibliothecæ Orientali. Observationes aliæ & annotationes ad textum Samaritanum spectantes, in *Walton. Appar. & Instruct. & Append.* occurrunt

VIII. Ægyptias.

VIII. In *Ægyptiacam* Versionem, quam Romæ extare alibi diximus, nihil videre contigit, nisi quæ Kircherius hincinde habet, *Walton. in Appar. & nos in Methurgeman nostro de Ægyptiorum varijs Versionibus* monuimus. Nec quicquam expectari tamdiu poterit, donec copia publici juris fuerit facta.

IX. In Æthiop.

IX. De *Æthiopica* iudicium ferri potest, in genere quidem, ex Apparatu *Walton. & Biblioth. nostra Orient.* In specie appendix Londinens. observationes habet in Psalmos, Canticum & N. T. quas compendio & in ordinem redactas exhibet noster Methurgeman. In Epistolas Iacobi, Iudæ, Iohannis tres, Prophetiam Ionæ, libellum Ruth, quatuor priora Geneseos capita, Versionem cum Notis Philologicis ediderunt *Nisselius & Petrus. Sed & Ludov. de Dieu* suas subinde ex Textu Æthiopico auxit observationes N. T.

X. In Græc.

X. *Græcis* Translationes utriusque Testamenti esse plures, supra jam monuimus. De *LXX. Virali* plena sunt eruditorum scriinia. De numero, patria, modo translationis &c. extat Syntagma *Woyveri, Waltoni. Appar. &* post *Schickhardi Bechin. Happeruschim, Thesaur. & Methurgeman noster.* Sed & de iisdem in genere *Chamierus, Rivetus, Altingius, Buxtorfius,* agunt hinc inde prolixè. In specie, quidam rivulos Græcos fontibus Hebræis præferre sunt conati. Ita ex *Ponificijs* plures, præsertim *Morinus:* ex nostris facem prætulit *Lud. Capellus,* sequuti sunt alij, nuper *Isacus Vossius,* cui Doctor *Hornius,* primum, postea *D. Schotanus, & Hulsius* responderunt. Et ille quidem tum *Epocham Mundi,* contra *LXX.* vindicavit, tum integram de *LXX.* Interpretibus, peculiariter diatribæ, materiam aggressus est. Ego etiam æram Hebraicam in *Methurgem.* breviter defendi. De Codicum nostrorum integritate, & an, quæ hodie *LXX.* Interpretum nomine circumfertur, jure tribui illis possit, varia eruditorum extant iudicia. Affirmativam tuetur *Waltonus;* negativam *Vsserius* integro tractatu: nos medium tenemus. Sed & plures in ipsum contextum sunt notæ Criticæ, cujusmodi ex Appendice Anglicana supra citavimus *Flaminij Nobilij, Hugonis Grotij &c.* Habeo Codicem Editionis Argentinensis 1526. quo *Bibliander* noster fuit usus, magnoque labore tum cum fontibus, tum etiam alijs versionibus

tionibus contulit, aliterque distinxit, & id omnino curæ habuisse videtur, ut castigatiorem daret Editionem. De discrimine Veterum & novorum exemplarium, Editione cum primis *origenica*; Prototypis, ex quibus nostra omnia prodierunt *εκτυπη*, ex professo, peculiari Syntagmate egit *Vsserius*, ubi & affinem de Cainane pertractat materiam. In Novam N. T. Editionem Græco-barbaram, quam docta munivit præfatione *Maximus Hiero. monachus*, nihil videlicet ipsius nondum satis videtur Græcis innotuisse; Europæis autem nostris rarior est.

XI. Ad Latinam ergo *Vulgatam* accedimus, in quam extant *I. varia lectio-* XI. In La-
nes Steuchi & aliorum, de quibus supra. De origine, autoritate, virtutibus tin.
 & vitijs proluxè scripserunt *Rivetus*, *Chanierus*, *Amama* (cujus & in Antibarbaro, & Censura Vulgati Interpretis in hoc studij genere primæ sunt partes) *VValtonus*, *VVoyverus*; nos etiam in *Hodeget. P. 1. Apolog.* ejusdem, & in *Thesauro philol.* Obiter & incidenter castigata hinc inde fuit ab *Erasmo*, *Valla*, *Beza*; defensa à *Bel-larmino*, *Morino*, *Lapideo*; ex nostris *Heinsius* contra *Bezam* autoritatem ejus sæpe defendit, archaismos excusat & ostendit *Dietericus*; ex *Reformatis* *Pellicanus* & *Osiander* *Vulgatam* castigare, quàm novam eudere maluerunt. *Erasmus* primus fuit ausus *Vulgatæ* autoritatem publicè convellere, novamque N. T. Editionem edere. Eam probavit Pontifex, &, ex eruditis, plerique. Alij tamen, quibus prisca magis placuit barbaries, stylum mox in ipsam strinxerunt. *Erasmo* se opposuit. 1. *Edoardus Leu*, quo cum ferram *Erasmus* aliquandiu reciprocavit. Vnde *Edoardi Lei*, Angli annotationes adversus annotationes *Erasmi* in N. T. Item *Erasmi* liber unus, quo convitijs *Leicis* respondetur. Quibus etiam accedunt *Erasmi* libri duo ad annotationes *Edoardi Lei*, & viceversa duo *Lei*, contra *Erasmum*. Sed & Recriminationem *Gertophius* adversus *Leum*; qui primus est ausus *Erasmum* luto adspargere; scripsit. 2. *Natalis Bedæ* etiam novos *Erasmi* conatus allatravit, cui opponitur, Prologus *Erasmi* *Roterodami* in supputationem calumniarum, *Natalis Bedæ*; Responsunculæ ad Propositiones à *Bedæ* notatas: *Elenehus* erratorum in censuris *Bedæ*. 3. *Iohannes Lopez Stunica*, quædam in quasdam *Erasmi* notas observavit. Respondit ei *Erasmus* primum breviter; postea prolixiorem scripsit contra eundem *Apologiam*, ubi de *Vulgata* agitur, & ijs potissimum locis, quæ in causa *Deitatis Filij* pervertisse dicebatur. Prodiit & ejusdem *Apologia*, palàm refellens quorundam seditiosos clamores apud populum & *Magnates*, quibus ut impiè factum jactitant, quod in *Evangelio Iohannis* verterit: *principio erat sermo*; & libellus *Iacobi Ziegleri Landavi* *Bavari* adversus *Iacobi Stunicæ* maledicentiam pro *Germania*. 4. *Sanctij caranzæ* extrat defensio contra *Erasmum*. Eodem facit Appendix de *Antapologia Petri sutoris*, & scriptis *Iodoci Clichtovæi*: Consule de eadem re *Epist.* *Erasmi* ad *Dorpium*, & pag. 73; *Epist. selectarum*. Cur *Erasmus* *Anti-trinitarijs* favere fuerit visus, ab alijs notatum est.

est: Ipsi tamen Anti-Trinitarij ab hoc reatu videntur eum liberare. Adeò enim clara de Deitate Filij & Spiritus S. in Paraphrasi sua habet testimonia, ut ferre illa Anti-Trinitarij nullo modo potuerint. Habeo exemplar Editionis 1523. quod Anti-Trinitarij glossis & censuris (Socini, Serveti &c. aut cujus manus sit, non satis liquet, ego vel Socini, vel Ochini potius, manum esse puto) miserè corruptum est. E. G. Epist. ad Rom. 1. pag. 11. b. in phrasi declaratus est æterni Dei æternus esse Filius, vocem æternus delet. c. 8 pag. 35. Communem hominum naturam *assumfit*, del. *assumfit*. Paulò post expungit verba, *secundùm carnem assumptam*. P. 40. del. cui (Deo patri) *per omnia par est*. P. 51. b. *Christum Deum*. P. 61. del. *factus homo*. Epist. 1. ad Corinth. pag. 87. del. *sub homine latuisse Deum*. P. 90. b. del. *Christum verum Deum fuisse pariter, & verum hominem*. P. 102. *spiritus Dei nostri arcano afflatu efficacia sunt Ecclesiastica Sacramenta*. P. 118. b. del. *Christum, de quo primum sic temperavi sermonem, ut eximum quendam hominem fuisse docerem, ac velut ob egregie gesta in divos relatum, non Deum, & hominem asseverans, quòd hujus mysterij scirem illos nondum esse capaces*. Epist. II. ad Corinth. c. 8. p. 161. b. del. *Divinitatis suæ: homo factus*. pag. 17. del. *ac bonitatem spiritus sancti*. Ib. Individui ternionis. Ad Gal. 3. pag. 189. b. del. *sic medius interponens se inter Deum & homines, ut ipse naturam in se utramque complecteretur, utramque alteri conciliaturus*. Ad Ephes. c. 1. pag. 210. del. *æterno consilio*. pag. 211. del. *donec impleretur tempus ab ipso præfinitum*, huic arcano mortalibus aperiendo, quoniam abolitis superiorum temporum dispendijs, per quæ felicitas frustra quærebatur, alijs per observationem legis Moisaicæ, alijs per studium Philosophiæ, alijs per superstitosam religionem cultumque demonum. Summa cunctorum quæ ad veram innocentiam veramque beatitudinem pertinent conferretur in unum Christum, extra quem nihil jam esset cuiquam expetendum, cum ab hoc unico fonte peti posset, quicquid bonorum vel cælum habet vel terra. Hunc enim *Pater Deus caput omnium esse voluit, ab hoc uno voluit omnes pendere, ab hoc sperari, quicquid verè sit expetendum, huic acceptum ferri, quicquid nobis sua benignitate largitur*. pag. 212. b. del. *juxta naturam humanam, unde & Christus habet ut sit Deus*. pag. 213. del. *ob corpus assumptum*. pag. 215. b. del. *cum esset Deus & idem homo juxta carnem*. pag. 217. b. del. *ab æterno*. Ib. del. *qui assumpto corpore humano*. Ad Coloss. Cap. 1. pag. 246. b. del. *Ipsi ut simillimum, ita etiã æqualem. Neque enim minus sapiens est, aut minus potens, aut minus bonus quàm Pater*. Ib. del. *ab æterno*. pag. 247. del. *non conditus. Simulque cum Filio*. Ib. del. *hac quoque in parte Patri compare*
& con-

& consorte lb. b. del. *ut ipse conditus non sit.* lb. del. sic enim Patri visum est, ut in *Filium transfunderet plenitudinem omnem Divinae potestatis ac bonitatis*, quæ sic in illo maneret ut non esset opus quicquam unquam aliunde petere, cum nihil velit aut possit Pater, quod idem non velit ac possit Filius. lb. del. *quem in hoc ipsum voluit mortale corpus assumere.* Epist. 1. ad Timoth. pag. 8. 6. del. *factus homo.* pag. 12. del. *Deus*, & Decuit, ut *qui inter Deum & homines arbiter concordia intercederet, cum utrisque haberet aliquid commune, & Deus apud Deum intercederet, & homines homo reduceret in gratiam.* pag. 18. del. ut homo etiam juxta carnem: juxta Spiritum lb. del. *propria virtute revixit.* p. 31. b. per adventum Servatoris nostri Iesu Christi, qui del. *sumpto mortali corpore.* Ad Tit. c. 2. pag. 47. cum Patre apparebit del. *eadem gloria.* Ad 1. Pet. c. 1. pag. 56. del. *æterno consilio.* Id. pag. 58. b. pag. 59. del. *Christum nostræ omnium salutis causa factum hominem.* p. 60. b. del. *ab æterno.* lb. *homo factus.* pag. 69. del. *corporis quod assumpserat.* Ad 1. Epist. Ioh. c. 1. del. pag. 123. *ab æterno.* Idem Deus & homo; qui cum nunquam non fuerit Dei Filius, nuper voluit esse virginis filius & qui juxta Divinam naturam erat humanis oculis invisibilis, dignatus est humanum corpus assumere. pag. 122. del. *Deus semper.* p. 132. del. *semper fuit.* p. 136. del. *assumpto corpore humano.* lb. b. del. vel Divinam naturam adimens, quam eandem habet cum patre, vel humanam, quam accepit ab homine matre. ad cap. 5. p. 139. del. *assumpto nostro mortali corpore.* pag. 140. del. *Deum pariter atque hominem.* lb. del. *Pater est amor, Filius nuntius, spiritus suggestor.* In Epist. ad Hebræos c. 1. p. 146. b. del. *æterno suo consilio.* lb. *Nec mirum si voluit Filium habere secum commune Dominium totius orbis, cum per illum candiderit orbem univ ersum sermone condidit, ac Filius Patris æterni sermo est æternus.* pag. 147. del. sed ut eadem fuerit potestas condentis Patris ac Filij. Neque enim sic est Filius Dei Iesus Christus, quemadmodum homines pij nonnunquam dicuntur Filij Dei, quod illius præceptis obediant, sed quod à Deo Patre genitus sit genitus, ut eadem sit illi natura cum Patre. Et tamen cum esset æternus splendor paterna gloria, veluti lux manans à luce, & imago expressa substantia illius, per omnia similis & æqualis illi à quo nascitur, cumque non solum sit conditor omnium, verum etiam condita moderetur, ac verberet nutu jusque omnipotenti suo simul cum omnipotente patre, videte quo se nostra causa demiserit. Assumpsit humanam naturam nostra conditionis impurijs
obno-

obnoxiam, ac moriens in crucis ara seipsum hostiam immolavit pro nostris peccatis, cumque antehac sacerdos Mosaica legis pecudis sanguine soleat expiare peccata, hic suo sacro sancto sanguine expurgavit delicta totius humani generis, atque ex hac demissione sui, tantam sibi paravit gloriam, ut rediret ac reversus in cælum confederit dexter Dei Patris majestati, in qua semper illi fuerat equalis juxta naturam Divinam. Ibid. b. del. siquidem Angelos ex nihilo condidit, Filium è sua genuit substantia, per omnia similem atque equalem. Ib. del. Nimirum honorantur famuli, sed adoratur Filius, qui Patri est equalis. pag. 149. del. sed Deum humano indutum corpore Ib. b. del. Atque ut non poterat nos evehere ad immortalitatis confortium, nisi Deus esset, ita non conveniebat, ut is qui condidisset omnia, & cujus moderatione gubernarentur omnia, sineret in totum perire, quod condidisset. Vbi verò regnum Filij, si solus esset apud Patrem: Ita decere visum est, ut Filius author ac princeps salutis &c. Ib. Ideo corpus humanum assumpsit ut homo hominem purificaret. pag. 150. del. assumere carnem humanam. Ib. Christus, ut illius assumpta natura frater aut cognatus illi fieret. Ib. b. del. conditor ac p. 158. del. juxta divinam naturam. pag. 166. del. indueret corpus humanum. pag. 167. del. qua ad tempus tegebatur apud homines illius Divinitas. En Sacrilegam harpyæ manum, & impudentissimum Indicem Expurgatorium! Sed satis de Erasmo. Pagninus successit in V. T. qui textum Hebraicum verbatim, & ita quidem reddidit, ut magnus scripserit Theologus, Pagnini [a] versioni proprietatis palmam debere, elegantie Tremellij & Junij, & perspicuitatis Piscatoris. Hanc Pagnini Translationem sensu magis exprimere studuit Arias Montanus, ut ex posterioribus patet Editionibus. In hanc Pagnini Versionem cujusdam *ἀναλύσεως* prodierunt observationes, quas cum responsis Arias Montanus Præfat. Bibl. Interlinear. præfixit. Paucæ admodum sunt, & quæ opus potius commendant, quàm suspectum reddunt. Sed & judicium Facultatis Theologicæ Lipsiensis *παραφρασεως* quæ in utroque Testamento irrepsissent, tangit, originem ejusdem atque progressum iudicat. Encomia hujus Translationis apud nostrates obvia sunt. Isidorus clarius, Brixienſis Episcopus, Pagninum sequutus, eo nomine in Pontificiorum incidit censuram, quòd cum novam penè daret, veterem tamen correxisse præ se tulisse. In Munsteri Versionem nihil hæcenus observavi, quòd magni viri meritis derogaret: quòd usu minùs videatur recepta. Seculi vitium est. Tigurinatorum Versio laudata semper fuit, à Pontificijs etiam scriptoribus plerisque, tum verbis, tum etiam iteratis in Gallia & Hispania

[a] Altting. Problemat. nov. pag. 137.

nia typis. *primus* in eam ausus fuit arietare Lutherus privatâ, sed admodum virulenta ad Frofchowerum Epistola, publicis verò impetere sustinuit scriptis Genebrardus, & Joh. schluffelburgius, à nobis alibi fraudis confictus, sed breviter: operosè & ex professo hoc seculo *Greiserus*, cristâs erexit quòd ægerrimè ferret, Editionem Reformatorum Theologorum ab Hispano Theologo *Ferdinando de Escalantes* adeò luculenter commendari. Sed masculè convitia Iesuitæ profli- gavit, *Iohannes Iacobus Huldricus*, suis pro Translatione Tigurinorum Latina vindicijs: Quòd *Draudius*, eandem operam suis vindicijs præstitisse *Lychardum Neocomensem* indicat, de eodem authore καὶ ἀναγραμματισμὸν intelligendum est. Scripsit etiam *Greiserus* causæ suæ admonitionis ad externos defensionem. Cui *Huldricus* responsum parasse jam videtur, quod tamen, aliis intervenientibus occupationibus, suspensum fuit. Responsi διατόπωσι, ex autographo, *Bibliotheca Tigurina* adjecimus. Quæ in Germanicam Tigurinorum Editionem spar- sim Foreri, & aliorum extant sive convitia, sive injuriæ, illis satisfactum à no- bis hinc inde est, præsertim in *Hedegetico* [a] nostro, & *Apologia* [b] ejus E- pistolica. Quæ *Vatabli* nomine vulgata est Translatio, Tigurina per omnia non respondet, quòd observatum hætenus non satis esse, miror. *Vatabli* cer- tè editio, mixta, pro Tigurina pura habenda non est. Sed & *zinglij* Versio- nem Psalterij Latinam, non displicuisse eruditis, vel hinc patet, quòd semel atque iterum, suppresso nomine, *Lucernæ*, & c. fuit edita. De *Castalionis* editione mo- deratorum etiam iudicium est, inter eas illam referendam, quas meliùs fuisset non natas, aut statim interiisse. Puerilem interpretationem alij vocant. Pro- fano terminorum selectu, auribus magis quàm cordi consulere visus est. *Beza*, præ cæteris, tum in Notis suis, tum peculiari scripto sive responsione ad defen- siones *Sebastiani Castalionis*, quibus suam N. T. Interpretationem tueri, & ejus vicissim versionem reprehendere voluit. *Beza* Versionem vel usum ubique receptus & dictionis castimonia commendat. Eam tamen hinc inde sugillat *Daniel Heinsius* in N. T. & *Hugo Grotius*, vindicat *Crojus*. *Tremelly* & *Iunij* diversæ sunt Editiones. Sed & diversissima [c] de ea iudicia. Nimirum in ea mul- ti reprehendunt libertatem. Instituta tamen collatione observavi, non malè virum aliquando magnum monuisse, pleraque ejus supplementa ex Rabbino- rum Grammaticorum petita Commentarijs, ut nihil facilè in expositione Gram- matica de suo addiderint. Exempla magno numero præstò sunt. Plus, meo iudicio, admirationis labor ille meretur, quàm invidiæ. Iudicioso *pisca- tor Iunio* proximè accedit, qui tamen, ubi recedendum sibi arbitratus, re- cedendi libertatem publicè quæsit. Tota Editio ejus Latina non prodijt. Specimen in Psalterio dedit & *Iobò*. *Tremelly* Versionem Syriaco Latinam *Gene- brardus* flagellavit, cui scriptum doctum & elegans *Iunius*, sub nomine *specularij*, opposuit. *Coccej* & *Terferi* fragmenta (illius Psalterium, hujus *Genesis*) nostra tantum

Y

[a] P. I. pag. 134. [b] P. 97. [c] Vide Falcic. Disput. Heidelb. pag. 243.

tantum sunt; Ab illo tamen in hoc studiorum genere nihil nisi accuratum expectari posse, persuasum habemus. *Frisianæ* etiam *Versionis* reliquias superesse, in *Bibliotheca Tigurina* indicabimus. *Versiones Germanicæ* suas quoque habent *cenfuras*. *Lutheri* opera à multis *Pontificijs*, *Emsero* præferrim fuit accusata. *Defensa* ab alijs. Vnde *Ministorum Verbi* apud *Constantiam* ad *P. Antonium Piratam*, *N. T.* à *Luthero* versi *impium calumniatorem*, *admonitio*. Ejus in *Epistolam Iacobi*, quam vocavit *stramineam*, in scripto, *Apologia* modesta [a] fuit excusanda. De *Biblijs Tigurinjs Germanicis* supra quædam inouimus. *Encomium* eorum habet *paræus*, *Præfat.* in *Edit. Nœostad. & æzæ* in *Iconibus*. *piscatori* insultarunt *Fladungus & roderus*, quibus prolixo scripto respondit *Piscator*, & ita quidem, ut non modò *textus* *controversos* *judiciosè explicaret*, sed & *secundùm locos communes*, eos præferrim, in quibus nobis *Lutherani* *movent* *litem*, ab *exceptionibus* *masculè vindicaret*. *Illud* *mirari* *subit*, quòd *illi* in *piscatore* *desiderarint* *judicium*, qui *ejus* *versionem* *magnam* *partem* *sunt* *sequeuti*. *Breve*, de *plerisque* *nostræ & superioris ætatis Translationibus* *judicium* *dedit* *author* *vitzæ* *vvalæi*. *Germanicæ Pontificiorum* *eadem* *notantur* *cenfura*, qua *Vulgata* *Latina*. *Illud* *dolendum* *est*, quòd, ut *Vulgatam* *comendent*, *adeò* *liberè* *in* *Codices* *Hebræos & Græcos* *authenticos* *Editores* *invehuntur*. *Et* *nuperæ* *quidem* *editionis* *Moguntinæ* *elegantissimæ* *cæteroquin & verè* *Germanicæ*, *vestibulum* *eodem* *laborare* *nævo*, *deplorandum*. *Non* *negant*, *fontes* *præferendos* *rivulis*: *Nec* *infciantur*, *Textum* *Hebræum* *Veteris & Græcum* *N. T.* *esse* *fontes*; *negant* *tamen* *illimes* *ampliùs* *illos* *fluere*. *Quo* *certè* *διδομενῶ* *Scripturæ* *Sacræ* *vix* *plura* *largiuntur*, quàm *Muhamedani*, qui *non* *negant*, *Iudæos* *Legem* *à* *Mose* *accepisse*, *Christi* *discipulos* *Evangeliū*; *negant* *tamen* *fideliter* *ad* *nos* *fuisse* *translatā*. *Cautiùs* *video* *hactenus* *Theologos* *Romanos* *loquutos* *esse* *in* *Gallia & Hispania*, qui *non* *facilè* *Vulgati* *authoritatem* *cum* *fontibus* *ipsis*; *quos* *prærogativæ* *jus* *nolebant* *habere* *controversum*; *commiserunt*. *Belgicæ* *Versiones* *multis* *ansam* *præbuerunt* *prolixiùs* *scribendi*. *In* *veterem* *extant* *collationes* *sixtini* *amamæ*, *quas* *instituit* *operosè* *Lingua* *Vernacula*, & *doctè*, *ut* *novæ* *Versionis* *commendaret* *necessitatem*. *Hac* *ipsa* *occasione & Ludovicus de Dieu* *suas* *in* *S. sc.* *suscipit* *Ani-* *madversiones*. *In* *ipsam* *verò* *novam* *Editionem* *ita* *Theologi* *Belgæ* *commentati* *sunt*, *ut* *cæterarum* *etiam* *Ecclesiarum* *tulerint* *puncta*. *Anabaptistarum* *Belgicam* *adorfus* *est* *Abrahamus* *Costerus*; *Gallicam* *Cottonus*, *cui* *semel* *atque* *iterum* *latranti* *os* *obthurarunt* *Theologi* *Genevenles* *Turretinus & Tronchinus*. *Re-* *formatorum* *Anglorum* *Versioni* *insultavit* *Georgius* *Martinus*, *quam* *defendit* *VVil-* *helmus* *Reginaldus*. *Notas* *verò* *in* *eam* *Exegeticas* *prolixas* *fatis* *nuper* *dederunt* *Theologi* *Angli*; *supplementum* *fferius*.

CAP.

[a] Vid. Altjng. Elenct. Nov. pag. 31.

CAPUT. V.

DE CRITICA BIBLICA.

Ad hanc Criticam pertinent 1. *Lexica* Biblica. 2. *Concordantia*. 3. *Encyclopadia* Sacra. 4. *Commentatores* Critici.

Quid Criticæ Sacræ nomine veniat, quàm eximius non modò, sed necessarius ejus in explicatione Scripturæ sacræ sit usus, alibi diximus [a] Certum est, turpiter eos falli, qui per sobriam Philologiam, sive, quod idem est, Criticam Sacram, Grammaticam heic somniant jejunam, & quæ à solida Theologia sit aliena. Non in subtilitate Scholastica, aut Rhetorica *Δεινότητι* Scripturæ explicatio, sed in accurata & solida tum textûs literalis explicatione, tum nervosa ejus applicatione (quorum utrumque ex hac Crisi, id est, fontium fuit inspectione & examine, quod bonus tantùm pollicetur Criticus,) consistit. Ad hæc studia Critica multum conferunt 1. *Lexica* Biblica, cujusmodi varia sunt, & alia quidem V. T. magis *Grammatica*, qualia *Thesaurus* & *Manuale Buxtorfij*, in quibus non modò vocum significationes ostenduntur, sed & ratio Grammatica ex Rabbīnorum scriptis enucleatur. Alia simul *Exegetica*, & locorum difficiliorum explicatoria, idque vel ex Rabbīnorum scriptis, quale est *Lexicon Pagnini*, -cujus & *Epitoma* extant, & *diversæ* Editiones. Illa commendatissima esse potest, quæ auctior prodijt notis *Merceri*, *Cevallerij*, *Bertrami*; ubi voces & phrasæ obscuriores ex tota antiquitate Iudaica, scriptis præsertim exegeticis, examinantur. Alia ex collatione Translationum, Chaldææ, LXX. Latine instituuntur. Tale est *Lexicon Schindleri*, quod multis placere potest nominibus, tum quia significationes distinctissimè proponit, tum quia obscuriora loca elegantī versionum *Συγγεσσι* illustrat, tum denique, quòd ipsarum inter se Linguarum Orientalium harmoniam ostendit. Illud sæpe deploravi, formosissimum foetum in obstetricum malefidarum incidisse manus. Neque enim ita ille prodijt in lucem, ut formatus in initio erat ab auctore. Quid in hoc potissimum studiorum genere desideremus, & qua ratione, medela incommodo afferri debeat, alibi, exhibitō specimine, monstravimus. Huc pertinet, ex *Hebræis* liber *Radicum Kimchij*, qui quidem, etsi in *Lexico Pagnini* magnam partem transcriptus sit; negligi tamen non debet, tum propter animadversiones margini additas, tum quòd ex eo, ceu fonte, reliqui sua mutuârunt. Neque illa posthabenda *Lexica* sive *μονόγλωττα*, sive *πολύγλωττα*, in quibus vocum

[a] Centur. Quæst. Theolog 208.

Hebraicarum vel radices obsoletæ ex vicinis Linguis restituuntur, vel vocibus obscurioribus ex eodem Principio lux affertur: Palmam hîc deferimus Lexico Polyglottato *Londinensi*: nos utrumque tum in *Smegmate Orientali*, tum in *Lexico nostro Harmonico* intendimus: Sed & Lexica *synonymica*, quæ Synonymiam vocum Hebraicarum ostendunt, quale *obel moed*, insigni hic se commendant usu. *Græca Novi Testamenti* sunt, *Paforis* potissimum Lexicon, Manuale, Syllabus: & Sylloge *suiceri*. *Latina Lexica Biblica* magno prædierunt numero. Extant nonnulla in *Veterem Vulgatum*, & à nostris & à Pontificijs edita, sub finem, ut plurimum, Exemplarium obvia. Sed imperfecta hæc studia fuerunt, ut alia, ante Reformationem: Post quam plura in hoc subsidij genere præstitit *Flaccus Illyricus* in sua *clavi*, quæ magni tum laboris, tum usus opus: majorem tamen reliquit utriusque campum *Rivanello*, Theologo Gallo, cujus *Bibliotheca sacra*, opus eximium est, & studio Practico accommodatissimum: non Indice tantum Lexico perfectum, sed & tractatione Logica perspicuum. Hoc tamen nomine seipsum superaturum, si ex fontibus potius, quam ex Translationibus significationum fundamentum depromeret. *Germanica Lexica* Editiones habent pleræque majores, ad calcem: Ita *Luberus*, *Tigurini* *Belgæ*, &c. *piscator* *Indicem Biblicum*, quo studia Theoretica non minus, quam Practica juvari possunt, seorsim exhibuit. Cætera, quæ ad reliquas intelligendas faciunt versiones, Lexica, *syriaca*, *arabica*, *Æthiopica*, *samaritana*, suo loco, ubi supellectilem dabimus Philologicam, sequentur. Sed præter generalia Scripturæ S. Lexica, specialia etiam occurrunt. In plerisque Editionibus *vulgatis* extat *Lexicon Hieronymi* nominum propriorum Hebraicorum, Chaldaicorum, Græcorum &c. quod castigatiùs *Stephani* & *Vvaltoni* opera prodijt. *Pafor*, appendicis loco N. T. nomina propria recitavit. Hanc *ἐπιμνηστικὴν* partem ex professo tractavit *Iohannes Drusius* ad voces Hebraicas N. T. Ita & *And. Albamerus* *Indicem* conscripsit propriorum nominum, virorum, mulierum, populorum, montium, fluviorum &c. Observavi tamen, Veteres in explicatione vocum Hebraicarum ut plurimum inrosiores esse, & Grammaticos magis, quam Historicos, id est, qui Grammaticæ potius attendant analogiæ, quam Historiæ complemento: quod tamen in istis fieri non debere, ipsi Hebræorum notarunt Magistri.

II. Concordantia.

II. Lexicis *Biblicis concordantiæ* sunt proximæ. Est autem *Concordantiarum* studium, *Masoretharum Veterum* quædam *διαρροποιæ*. Initium in *christianorum* scholis factum animadvertimus, complementum verò à *Judæis* accessisse. Incunabula *Antonio Patavino*, qui an. Chr. 1230. floruit, quidam ferunt accepta: sed conjecturis potius, quam autoritate ducti. *Hugoni carensi*, sive de Caro, *Dominicano* & *Cardinali*, qui an. Chr. 1245. claruit primas *Concordantias* alij tribuunt, ut *sixtus senensis*. Sed utrique sua videtur deberi laus. Illi *initium Concordantiarum moralium*: huic *Grammaticarum*, quas 500. Fratrum operâ

opera collegit. Et habemus quidem editionem de anno 1460 opera Iohannis de Secubia D. Theologiae, Concilij Basileensis; typis verò Petri de Langendorf, & Iohannis Frobenij, de Hamelburg, (præmissa dedicatione *Sebastiani Brant*, ad Iohannem Geiler & Keisersperg, ex qua, quàm olim rara fuerint studia Biblica, apparet) ubi & Concordantiarum s. Iacobi fit mentio. Hanc Editionem aliæ deinceps sunt sequutæ Concordantiæ & Indices, *Pellicani* cum primis; *Stephani* &c. opera auctæ. Absolutus utriusque Testamenti Index ex Hervagij prodijt officina an. Chr. 1568. *Latinorum* studium æmulati sunt *Hebræi* & *Græci*. *Ex illis* erat *R. Nathan*, quem *R. Isaac Nathan*, alij *Mardochei Nathan* vocant. *Birninem* quidam esse voluerunt, & quidem occasione morbi, quæ mutandi nominis consuetudo non infrequens Iudæis est, qui circa an. Chr. 1438. Christianorum industria, se, ad conscribendas Concordantias Hebraicas, excitatum monet. Glaciem hic fregit, sed felicitus in hoc navigavit Oceano *Buxtorfius*. *Illius* enim Methodus confusa est, obscura, difficilis, plebeja & injucunda: *Huius* clara, ordinata, artificiosa, facilis, & jucundissima. Quid, vel in alijs Editionibus, vel *Nathanis* opera, vel prima *Reuchlini* translatione, hic desiderarit, ex insigni Concordantiarum Hebraicarum opere patet. Voces indeclinabiles & nomina propria adhuc expectamus. De quorum tamen supplemento spem non semel fecerunt eruditi, *Trostius* cum primis & *Ravins*. *Chaldaicas* Concordantias plenissimas, ne quidem neglectis particulis Indeclinabilibus, *Buxtorfius* etiam primus dedit. In *Græcia* initium defertur *Euthalio* cuidam Rhodæ, qui, non longè post Concordantias *Hugonis*, memoratur, Græco sermone, collegisse opus Concordantiarum in univèrsa Biblia, sed ignotus ferè est Europæis hic & author & labor, & authoris ætas; annus vulgò ei assignatur 1300. Compensatus superiori seculo à *Xysto Betulejo*, *Henrico Stephano*, (quanquam velint alij, ob variâ *ἱστῶματα*, Editionem 1595. Stephani potiùs mandato, quàm opera prodijisse,) & nuper *Erasmio Schmidio*, Professore *Vittebergensi*, quod suum *πρῆξιόν*; ita Concordantias vocat; vult, hætenus usitato correctius, ordinatius, distinctius & plenius lucem subijisse. Sed & in Veteris Testamenti versionem *LXX. Viralem* habentur *Conradi Kireberi* Concordantiæ, magno quidem labore, sed non satis judiciosè collectæ, dignæ proindè, ob singularem usum, urà *Viro Linguarum Orientalium* perito sub incudem revocentur. Amplius certè in ijs castigandis campus relictus; *Germani* etiam Concordantias conscripserunt tum *systematicas*, ut *Agricola* & alij; tum *marginales*, cujusmodi in exemplaribus occurrunt Editionum majoribus plerisque.

III. Ad Sacram accedimus *Encyclopædiam*, quo nomine ea intelligimus scien. III. Encyclopaediarum & artium *systemata*, quæ ad Scripturæ sacræ pleniorè notitiâ sunt clopædia accommodata. Talia sunt, ut ordine progrediamur N. *Grammatica*; cujus. *Sacra*. modi censetur ad *V. T.* notitiâ *Thesaurus Buxtorfij Grammaticus*, quem non malè *Scripturæ clavem* quidam appellant; *Glossy Philologiae Pars 1.* quæ circa

Grammaticam, Idiōtismos &c. occupatur eruditè, judiciosè etiam & solidè, nisi ubi τῆ ἱεροῦσσι ἀσλέει, quod, alibi jam obiter monuimus. Epitoma-
tor ejus est *Andreas sennertus* in *Centur. Canon. Philolog.* In hac etiam pala-
stra inter *Veteres Adrianus*, sua in *S. Lit. Isagoge*, cum laude defudavit: in ijs
præsertim, quæ ad ἐν Ἱερωνίμῳ ἱεῖος faciunt: Inter recentiores, *sixtinus Amama*,
tum in *Antibarbaro*, tum in *Grammaticis*. Inter *Iudeos* agmen ducit *R. David*
kimchius Hispanus, cujus vitulâ cæteri fermè omnes arârunt. Est enim *Miclol*
ipsius ditissimum pariter & *Compendiosissimum* scientiæ *Grammaticæ* cornu-
copiæ. Ita *N. T. Grammaticam* nuper dedit *Pasor*. Huc faciunt *phrales stepha-*
ni, & *Abdiæ Prætorij Hebraismi*, *Finckij Canones*, *Lapidei & VValtoni* de intelli-
genda *Scriptura Sacra*, *Hebræorum Idiōtismis* &c. regulæ.

2. *Rhetorica*. Cujusmodi est *Philologiæ Christianæ* pars altera, absolutissima
Rhetorica Biblica, & ex ipso quidem textu *Originali* eruta. *Beumleri* etiam eo
nomine meritò à *Theologis* commendatur *Rhetorica*, quòd exemplis libenter
& frequenter utatur *sacris*. *Bartholomæi Westhemeri* troporum *Theologicorum*
extat liber, ut & *Bede Saxonis* de *Schematibus S. Scripturæ*.

3. Ad *Logicas* *Biblicas* sive *Theologicas* referuntur *Danæi Elenchus* hæretico-
rum, ubi modus confutandi hæreticos ex *Logicis* traditur. *Antonij Sadeclis*
de vera *Methodo Theologicè* simul & *Scholasticè* disputandi: *Andree Hyperij*
Theologia Topica, qua ratio & usus *Philosophiæ* in *Theologia* ostenditur. *Trac-*
tatus Polani de legendis *scriptoribus sacris*. *Nostra* addi possunt *specimina*
tum *Philosophiæ Historica*, ubi de *Philosophia ancillante* &c. tum *Analyleos* *sa-*
cræ, ex *Verbis Cœnæ*: Hoc est corpus meum.

7. *Topica* *Biblica* tam didactica quàm *Elenctica*. de quibus jam olim, *scholæ*
Christianorum fuerunt sollicitæ. Atque hîc, ad primum ordinem, pertinent
compendia *Bibliorum* vel *Unversorum*, ut *Petri Aureoli* *Biblia pauperum*; vel
Historicorum, ut *Dillherri*. *Theaurus virtutum* & *campus vitiorum*; *Germanicè*
ex *actis Patriarcharum* & *Prophetarum* collecti. *Memorialia Biblica* vel *carmi-*
ne expressa, qualia non modò *Gualtherus*, *Martinus Chytraeus* dederunt; sed &
antè *Reformationem* in usu fuisse constat; vel *figuris* etiam sive *pictureis* adum-
brata; sed *periculosissimè* sæpe, cujusmodi extat *Historia Evangelistarum*
a. Ch. 1504. per *sebastianum Brand* edita; *scandali plenissima*. Adeò *monstroscè* ad-
hibentur *sanctissimis* & *δοξαρίοις* demonstrandis *mysterijs figuræ*! *Impiè*
certè, *imagines* illæ pleræque *Laicorum Doctores* dicuntur. Eodem perti-
nent *Loci Communes* ex *Biblijs* collecti, quales *stobæus* habet, & *Nicolaus Han-*
napi *Patriarcha Hierosolymitanus*. *Elenctica* sunt, quibus *loca potissimum*
Scripturæ *controversa* *examinantur*, ut est, ex parte *pontificiorum*, *scrutinium*
Scripturæ pro *conciliatione* *dissidentium dogmatum* *Safergi* &c. ex *Reformato-*
rum ordine huc omnes illi referendi, qui in *Scripturam* *sacram* scripserunt *vindi-*
cias, tum in *genere* contra quoslibet *adversarios*, ut sunt *Exegetica* *Parei*, *Vindicæ*
Biblicæ

Biblicæ, sive Examen Locorum Controversorum N. T. Spanhemij: in specie, contra Lutheranos Piscator, Apolog. pro Biblijs Herborenensibus, &c.

π. *Physica*, eaque vel *Φυσιολογία*; *Levini Lemnij* liber similitudinum ac parabolarum, quæ ex herbis ac arboribus desumuntur; vel *λειτουργία* Epiphanii de 12. lapidibus habitui Aharonico insitis; *Francisci Ruzæ* de gemmis, iis præsertim, quarum mentio fit in Apocalypsi; vel *ζωολογία*, ut *Franzj* Historia animalium. *Iohannes Buzamantinus* etiam de animalibus sacræ Scripturæ scripsit, & *Bocharti ζωολογία*, omnium absolutissima calcem jam mordet; *μετεωρολογία*; *Samuelis Rborij*; vel integra *systemata Physica*, ut *Danai Physica Christiana*. Huc faciunt meditationes in Hexæmerum, tum veterum de quibus postea, tum recentiorum. Nos etiam paulò prolixius hanc per quæstiones materiam tractavimus.

1. *Geographica*: Descriptiones terræ sanctæ *Adricbomij*, cum annotationibus *Iacobi Bonfrerij*, quem sequitur *Iacobus Iustus Iudæus*, compendiosa: accurata *christophori Heidmanni*, recentissima *Iohannis Besselij*: *Chorographia sacra Lightfooti*, laboriosa: Eiusdem animadversiones in tabulas chorographicas terræ sanctæ: *Bartholomæi Saligniæci*, &c. Quibus illi etiam possunt addi, qui itinera scripserunt terræ sanctæ, cujusmodi sunt, *Brocardi Monachi Germanicè & Latinè*, de anno 1095. *Ruperti*, Abbatis Montani, qui describit primam Bullionæ expeditionem: An. 1336. *Rudolfi*, Curati Suchensis in VVestphalia, An. 1479. *Iohannis Tucher* Norimbergensis, An. 1449. *Stephani de Gumpenberg*, An. 1483. *Iohannis*, Comitis de Solms, An. 1484. *F. Felicis* (Schmidii nō fallor) Lectoris Vlmensis, descriptio itineris sacri, *Iohannis VVerti*, *Henrici von Stoffel* / *Iohannis von Walburg*; *Bornij von Rechberg*, An. 1495. *Alexandri*, Comitis Palatini, & *Ludovici Comitis Nassoviæ*, An. 1496. *Bugislai X. Ducis Pomeraniæ*, Ann. 1556. *Melchioris von Ridsig*, Ann. 1565. *Iohannis Helfeich*, Lipsiensis, An. 1552. *Iohannis Ecklini Aroviensis*, An. 1573. *Iohannis Rauchywolf*, Medici, An. 1556. *Iohannis von Ehrnberg*, An. 1561. *Iacobi VVormseri*, Eodemanno, *Alberti*, Comitis Lovensteinii, An. 1618. *Iacobi Ammiani*, Tigurini.

γ. *Εισιγωγικά* ad *Lectiōnem Scripturæ*, inter recentiores excellit *ridetus*, cuius proluxa non minus, quàm solida de hac materia tractatio Lectori abundè satisfacit. Prævit *Hyperius*, tum tractatu de *Lectiōne scripturæ*, tum *Calendario Biblico*. Ex Veteribus non malè de Ecclesia fait meritis idem ille, cuius supra memini, *Adrianus Græcus*.

η. *Διαλλαγὰς* sive *conciliationes* locorum *Φαινομένων* pugnantium, quales sunt *Christianorum & Iudæorum*. Ex illis extant *Diallage andrea Althameri*, *Conciliationes Renèccij*, sed excellunt *Parallela Junij*, *Dubia spanhemij*, quæ si in universum

universum dari potuissent μελετήματα, contextum sacrum, nihil in hoc studiorum genere desiderare amplius potuissimus, Harmonia. Ex his aliquid tentavit ex professo, Menasse ben Israel in suo conciliatore, quamquam Abarbinel eandem per universum contextum præstiterit operam, ut inspicienti satis est manifestum.

¶ Eodem referuntur Harmoniæ vel totius Novi Testamenti, vel certarum ejus partium, quod scribendi genus ab ultima retro antiquitate Doctores Ecclesiæ occupavit. Ex Veteribus habemus Ammonij Alexandrini in Evangelia harmoniam, quam quatuor Commentariorum libris explicuit Zacharias Augustini in 4. Evangelia: Eusebii Canones seu tabulas X. de consensu 4. Evangelistarum, quæ etiam in Translationibus Orientalium, Arabica cum primis, ut ex Editione Erpenij patet, sunt servatæ. Extat & Gregorij Nazianzeni liber de Christi miraculis secundum quatuor Evangelistas. Hieronymus in quatuor scripsit Evangelistas, quid inter illos conveniat, aut dissonet. Sed & Iatianus, Alexandrinus in 4. Evangelia harmoniam dedit, Mediæ etiam ætatis authores aliquid hinc laborarunt. Vnde Iohannis Gersoni Monotessaron, sive de Concordantia Evangelistarum: iisdem etiam studiis incubuerunt Conradus Rufus, Gildas Albanus, Guilielmus Gotingam, Guido Perpinianus, Henricus Arnoldi, Honofrius Florentinus, Petrus Iousquius, Rupertus Golertus, Simon Cremonensis, &c. Reformationis lumine hæc studia magis accensa fuerunt, non inter Reformatos modò, sed & inter ipsos Pontificios. Inter illos palmam deportarunt Calvinus suâ ex tribus Evangelistis compositâ Harmoniâ, Gerardus Mercator, in cujus harmonia singuli Evangelistæ inconfusi & soli legi possunt, & iterum ex omnibus una universalis & continua Historia ex tempore formari. Harmonia à Martino Chemnitio inchoata, per Polycarpum Lyserum, Gerardum & continuata &c. Ex his celeberrimi sunt Sebastianus Barradius Olisippontensis, Cornelius Iansenius, cujus Epitomator est Matthæus à Castro &c. In certas etiam Evangelistarum partes habentur harmoniæ Gerhardi Iohannis Vossij, & Iohannis Gerhardi de passione, morte, sepultura, resurrectione & ascensione Christi; Iohannis Buisoni Historiæ & Harmonia Evangelica, sive vita D. N. I. C. Gotryvaldi Meschini Halopotamij tabula nova Harmoniæ Evangelicæ, in qua numerus annorum Christi & profectio ejus ad festa Hierosolymitana oculis spectandus exhibetur.

IV. Critici.

I V. Ad Commentatores criticos accedimus, qui circa genuinum sensum Grammaticum occupati, de Exegetica Sacra præclare merentur. Sunt enim Critici, qui pretiosum à vilis, æra à lupinis certissimè & evidentissimè discernunt. Veteres Græci & Latini, si ab Origene, Hieronymo, Epiphano, fortè etiam Pelusota, & recentiori Adriano discesseris, Philologiæ Sacræ potius commendatores fuisse videntur, quam cuitores; In Orientalium tamen cæterorum, Syrorum præsertim & Arabum Scholiasticis stricturâ hinc inde apparent. Cùm superiorum jam, hoc verò maxime, seculo studia Criticæ Sacræ honorata fieri cœpissent.

Theo.

[a] Defens. admonition. de Bibl. Tigurin. pag. 30.

Theonino mox dente à quibusdam illa rodebantur. *Gretseri* [a] investiva acerba fidem faciat. Et de bello Grammatico, querela Tragædia præsertim Lovaniensium, Colonienfium, Parisienfium, & Reuchlini, Erasmi Roterodami. In hac autem palæstra ad eandem, sed diverfis vijs, Critici sive Philologi cucurrerunt metam. Generalem alij huc conferunt operam, alij specialem. *Generaliter*, alij quidem *varijs* inter se contrulerunt in Commentarijs suis *Versiones*, quam operam felicissimè præstitit in utrumque Testamentum *Ludovicus de Dieu*, *Arnoldus Bootius* & *Johannes Viccars*; Nos, in Pentateuchum potissimùm, occasione Editionis Parisiensis & Londinensis. Alij *miscellanea* scripserunt, in loca Scripturæ, difficiliora; *Idiotismos*, ritus, ceremonias, explicantes, ut; ex *christianis*, *Fullerus*, cujus *miscellanea* sacra erudita obvia ubique sunt, de la *cerda* Iesuita, qui & ipse loca Scripturæ S. varia examinavit; instituta versionum collatione, *Vrsinus* in *Analectis*, &c. Ex *Judeis* *Majmonides* præstat & *Kimchius*, quorum ille in suo *More Hannevochim*, hic in *Miclol & schoraschim* Criticæ sacræ, tum ad Linguæ sanctæ, tum ad rituum & ceremoniarum notitiam tantum confert, ut à Bibliotheca Theologica non facile possint abesse. Alij, in sensu eruendo versati, omnem quidem excutiunt antiquitatem, priscam tamen potissimùm, eamque vel *Judaicam*, vel *Patristicam*. Hanc expenderunt *Erasmus*, *Beza*, *Heinsius*, *Grotius* *Pricæus*, *illam*, *Munsterus*, *Vatablus*, *Fagius*; *Drusius*, *Amama*, *Iacobus* & *Ludovicus Capelli*, in observationibus suis & *Spicilegijs* in N. T. *camero* in suo *Myrothecio*, *Scaliger* *casaubonus*, tum in *Notis* ad N. T. tum in *Epistolis*, quos longo intervallo, sed magno successu fuit sequutus ex nostris *Lighifotus* in *Horis Hebraicis*; ex *Pontificijs* verò *Simeon de Muis*, qui Pentateuchi potissimùm loca obscuriora & exercitationibus sacris percurrit, & quædam etiam ex *Abarbinæ* transtulit. Lucundum utriusque literaturæ *μύγμα* collegit *Baldwinus Valæus* in libris N. T. Historicis, perpetuo Commentario illustratis. Magno certè compendio author suis subjicit textibus, quæ sparsa hinc inde fuerunt, & diffusa. Cùmque constet, doctissimos sæpe viros loca impeditisima *παιρέτης ὁδῶν* ita tractare, ut vix felicis ab alijs ex professo, extricentur, operæ pretium faceret, qui vel Indicem saltem in Univerfa Biblia talem conficeret, ut ad difficiliorum textuum explicationem præstò semper essent *οἱ ἐξοχοὶ ἄλλων*: Exemplo *Synagogæ Judaicæ*, quæ in suis *Toledoth Abaron* omnes illos in Legem & quinque libellos habet textus notatos, qui in *Talmude*, libro *IKKARim*, *Zohar* *AKida* citantur & explicantur. Hanc messem magno auferent proventu *Bocharius*, *Fullerus*, *L'Empereur*, *Salmasius*, *Seldenus*, *Scaliger*, *Heinsius*, *Casaubonus*. Atque de hac opera tantò majori studio est cogitandum, quanto certius est, in locorum Communium Theologicorum, Historicorum, Philologicorum pertractatione plura latere *κειμήλια*. Ad specialem Philologiam seu Crisin referri debent variæ exercitationes sacræ, cujusmodi sunt de usu Scriptorum Hebraico-

Z

rum

[a] Defens. admonition. de Biblijs Tigurinis pag. 30.

rum in N. T. quam materiam, post *Hackspanium*, & nos tam in *primitijs Heidelbergensibus* tractavimus, tum nuper in *specimine philologico* in c. 5. *Matthæi*, quod *Philologiæ sacræ sedes propria est*. *Erici Ostermanni* positiones *Philologiæ Græcæ N. T.* contextum concernentes. *Hackspanii* disputatio, observationes *Syriaco-Arabicas* complexa. In V. T. varias ejusmodi exercitationes pollicetur *Amama, Schotanus, Altingus F. & D. Heideggerus*, qui *Methodo Historica res Veteris Testamenti* disputationibus publicis feliciter cæpit persequi. Aliquid etiam præstare conati sumus in nostro *smegmate Orientali*. De usu & abusu *Scriptorum profanorum* in lectione & explicatione *Scripturæ Sacræ* non ineptam scripsit *Diatribam Conradus Dietricus*. Sunt qui *voces & phrasas obscuriores Veteris Testamenti* ex alijs vicinis linguis vel restituerunt, vel explicuerunt, quod studium feliciter celsit *Lud. de Dieu, Bootio, &c.* Idem scopus nobis fuit in nostro *smegmate Orientali, & Lexico Harmonico*, ubi ultra 600. voces obscuras, *σπινίως λεγόμενως* restituvimus aut explicuimus. Alij de *nummis* scripserunt *Veterum Hebræorum, Græcorum, Romanorum*, ut *Villalpandus, Brece Woodus, VVaserus, VWaltonus &c.* Nos addidimus *Persicos, Arabicos &c.* Alij de *mensuris & ponderibus*, *VVaserus, VWaltonus*, quibus addi possunt, quæ *Cippis Hebraicis* præmisimus. Alij, de *structura Templi*; in qua alij sequuti sunt *Scripturam*, ut *Villalpandus*, alij *mentem Iosephi*, alij *Talmudicorum*, quam exhibuit *L'Empereur* in *Cod. Middoth*, & author *Schebh. Iehuda*. Triplicem *Templi delineationem* compendio exhibet *Ludovicus Capellus*, adhibitis ad *Villalpandum & Iosephum* observationibus; accesserunt in *VWaltono*, ex *Talmude & Majmonide*, quæ ad eandem spectant materiam, quam & author *Schebh. Iehuda* prolixè pertractat. Alij *chronologiam* vel utriusque, vel alterutrius *Testamenti* scripserunt, de utriusque suo loco, ubi de *Chronologia & Historia*. Alij de *Iudæorum sectis* ut *Bertramus, Drusius*, doctè; doctissimè *Scaliger*; Alij de *politia Hebræorum*, *Bertramus* perspicuè, *accidentibus præsertim notis L'Empereur, Cunæus &c.* Alij de *scholis eorum*, *Altingus &c.* Alij de *synedrijs, matrimonijs, jure successionis Hebræorum, Idolis & Idololatria V. T.* ut *Seldenus*. Nos & *Idolographiam V. T.* dedimus; & compendiosè de *statu quadruplici Politico, Hebræorum Ecclesiastico, Scholastico, & Oeconomico* scripsimus; Alij de *Legibus Ceremonialibus, Moralibus, forensibus, Maimonides, Munsterus, Leusden*; nos, tum in *Iur. Hebræ.* tum in *Catalogo Præceptorum Mosaicorum*. Alii *adagia Sacra*, ut *Iohannes Drusius, Andreas Scotus, Ioachimus Zehnerus, Martinus Delrio &c.* Alii de *dispersione Gentium, origine coloniarum &c.* ut *Bochartus*. Alii *luculentiora Scripturæ themata* ex *Hebræorum* vel *scriptis* transtulerunt, vel ex *iisdem* excerpterunt. De *Paradiso, Imperio antediluviano, arca Noæ, diluvio, Kirchnaierus*. Huc pertinent varia *Buxtorfij* scripta, *dissertationes præsertim de Linguae Hebrææ origine, antiquitate & sanctitate, eius confusione & plurium Linguarum origine, conservatione, propagatione, & duratione; Literarum Hebraicarum genuina antiquitate; de Nominibus Dei Hebraicis, de Decalogo, de primæ cænæ*

Dominicæ ritibus & forma; quibus anno 1645. editis ann. 1662. accesserunt
dissertationes Abarbinelis de *Longævitate primorum Patriarcharum*, de *statu &*
iure Regio; Ex eodem, libro *cosri*. Celeberrimus Vir subiunxit dissertationem,
quòd & qua de causa apud Prophetas per Edom Romani & Christi-
ani intelligantur; ex Ies. c. 34. de *lepra vestimentorum & adium*, Levit.
13. 47. de *Poësi Veteri Hebraica* in libris sacris usitata, ex *Abarbinclæ* Exod.
15. *Meor Enajm, Samuele Arcuvolti, Aben Tybbon &c.* De *principio*
anni & consecratione seu determinatione No-vilunij, aut facienda iux-
ta phasin, an iuxta calculum Astronomicum? Alio Tomo, idem exhibuit
exercitationes pertinentes ad *Historiam arca Fœderis, Ignis sacri & coelestis,*
Vrim & Thummin, manne, petrae in deserto, Serpentis aeri. Vtinam verò plura
ad obscuriorum locorum enucleationem eiusmodi per occupatissimi Viri nego-
tia, expectare liceat! Reliquæ, suis recensentur locis. De hac verò Crisi no-
tandum. 1. Magnum ei procul dubio, imò primum in explicatione Scriptu-
ræ Sacræ esse locum. Frustra enim vel subtilis Logicus, vel facundus Rhetor,
occupatur, nisi felix & accuratus Grammaticus viam sternat. Distinctio, quam
Theologi urgent inter explicationem Scripturæ *analogicam fidei*, & *analogicam*
textus, cum grano salis sumenda est. Textus certè explicatio, nulla dari pro-
pria potest, & innata, nisi Grammaticæ habeat *αναλογίαν* præviam. Vt enim
scriptura non nisi unicum habet formam, ita unicū etiam admittit sensum insitum
& nativum, nempe literalem sive Grammaticum. Analogia fidei, si textus analo-
gicæ contra distinguatur, non ad Exegeticam, sed ad Topicam referri debet. Vt
ergo facile concedimus; multa in Scripturam S. dici & scribi posse, piè, quò ad
rem, quæ tamen minùs dicuntur commodè; quò ad verba & phrasin, ita videre
non possumus, quo colore eas tueri debeamus explicationes, quæ ex textu
sponte non nascuntur, sed nostro arbitrio in illum inferuntur. 2. Sobriè hoc
tractandum esse studium, & ad ædificationem religiosè applicandum. Multi
certè maiori nocendi, quàm docendi studio, nobilissimam hanc literaturæ secre-
toris sollicitant clavem. Et alii quidem, ut ipsum contextum authenticum de
ponte *αὐθεντίας* præcipitent, alii, ut nova dogmata damnati Iudaismi fermento
incrumentent. Alii ut receptas hæctenus Scripturarū explicationes vel tollant, vel ob-
scurent. Sunt, qui turpi *μεταβάσει εἰς ἄλλο γένος* falcem suam in alienam
miserunt messem, & cum ad alia vocati sint studia, Theologicum, his utcunque
muniti præsidij, arripuerunt, magni procul dubio futuri, si intra carceres suos cu-
currissent. Quemadmodum enim Vzias, ubi *ἀλλοτριότητι σκοπος* sacra tractare
tentavit, vindicem Dei expertus est oculum, 2. *chron.* 26. v. 19. Ita non pauci, ubi,
forte sua & vocatione non contenti, Theologorum se ingesserunt tribunali; te-
meritatis præsentissimas luerunt pœnas, Quod ergo Apostolus *Iacobus*, in Cœ-

Quos
Codices
Interpre-
tes fue-
rint se-
quuti.

lesti sapientia, requirit in genere, ut sit *πρωτων ἀγνη, ἑπειτα ἐιρηνική, Ἰατρική, & Παιδεία* &c. Iacob. 3. v. 17. id verò in Philologiæ Sacræ studio probè probè. que observari in specie debet. De Codicibus illis authenticis, quorum fidem Interpretes nostri potissimum fuerunt secuti, aliquid esset dicendum, nisi constaret, optima semper à nostris fuisse adhibita exemplaria sive impressa, sive etiam MSS *Leojuda Venetum* eumque castigatissimum expressit exemplar. *Tremellius & Junius* multum sunt, adjuti antiquissimo Codice *Heidelbergensi*, de quo audire placet authorem *Apologiæ auff die Wayer-Anhaltische Consley* an. Chr. 1624. pag. 93. *Præcipuum decus Bibliothecæ, hęc quondam Palatina, quo etiam supra Vaticanam Papæ Romani & Parisinam Galliarum Regis inclaruit, erant Manuscripta Hebræa, Græca, Latina, & aliarum linguarum. Ea partim à Philippo & Ottone-Henrico Electoribus, horumq; Prædecessoribus, in Oriente, Graciâ, & Italiâ conquesta magno studio & gravi ære redempta, partim ex Monasteriis Palatinatus collecta & in unum comportata sunt. Non pauca etiam ceu legativa acceperunt, ex luculentâ hereditate Baronis Fuggeri; anno 1584. In tanto numero MSS. fuit & Codex Sacæ Bibliorum Hebræorum, in chartâ pergamena: majestate literarum, vetustate scripturæ ac formâ operis planè venerabilis, & non nisi primam antiquitatem sapiens. Judæi quidam, cum, Friderico III. Electore, ad eum inspiciendum admitterentur, ceu cælitus delapsus suscepserunt, procidentes deosculati sunt, & tantum non adorarunt: polliciti ingentem auri vim, si visibus Synagoga sua concederetur. Nec alio exemplari in adornandâ celebri illâ versione Bibliorum celeberrimi Theologi Tremellius & Junius magis usi sunt. Caterum tam augusti operis id vitium erat, quòd anterioribus aliquot in Pentateucho Mosis foliis mutilum apparebat: quæ propius contuenti non tam manu evulsa, quàm cultro exacta videbantur. Magna sanè & irreparabilis jactura! quam resarcire non minoris fuit difficultatis, quàm picturam Apellis ad præscripta lineamenta absolvere. Sed id vitium non demùm accepit in Bibliothecâ Palatinâ; verùm in eam intulit, in Oriente aut alibi inscriptum à Sacrilegâ & infideli manu. Certè inde à primo conditu Bibliothecæ nullo unquam mortalium integrum visum est volumen hoc Bibliorum.*

Nisi

Nisi me conjectura vehementer fallit, hac origo est nova illius atque inaudita calumnia quam nuper in nos cudit & publicavit Fabius Hercynianus, de paginis sacris sacrilegè à nobis truncatis. Cui tamen ne ipse quidem magnoperè fidere videtur, propterea quòd eam mustiare mavult, quam aperire profiteri. Et est profectò impudens putida, & palpabilis nimis. Si enim maximè ii essemus, quos nos esse splendide mentitur, prostituta ac perditæ fidei homines: quid causa fuit, cur rescaremus aut induceremus eam partem Scripturæ, qua nobis juxta, & adversariis, divina, authentica, canonica est? quam publicè, privatim attentè legimus de votèque mediamur; in cathedris Ecclesiasticis & Scholasticis interpretati sumus, & scriptis publicis contra hereticos vindicavimus? Cur etiam excidissimus & sustulissimus istas paginas ex uno illo exemplari magis, quam ex multis aliis, quæ ejusdem Bibliotheca sacrario continebantur? Cur denique volumen mutilum non seposuimus, aut submovimus ex hominum conspectu atque oculis, quibus semper erat expositum, si tanti sacrilegii aut conscientiam sustinuissemus, aut criminationem reformidavimus? Cùm anno 1622. exemplar Bibliorum Hebræorum antiquum, sed nullâ parte cum Palatino comparandum, ex Ladeburgensi Bibliothecâ surreptum à militè, Heidelbergam deferretur, resectis jam & divenditis aliquot ejus membranis; utrumque & volumen & folia illa sollicitè quasita, & redempta sunt, ipsumq; ad eò opus integritati suæ restitutum. Scilicet in alio integrando non modo diligentes, sed etiam religiosi fuerimus: in nostro multo pretiosiore mutilando non tam profani, quam sacrilegi? Sed Fabius cogitat vetus illud: Calumniare audacter, semper aliquid in heret. Obliviscitur autem multò vetustioris & verè divini dicti: Dominus confundet os calumniantium.

CAPUT. VI.

DE EXEGETICA REALI, SIVE
Theologica.

1. Antiquissima Commentariorum species est *Paraphrastica*, cœpta in Synagoga Judaica, continuata postea à Christianis. *Paraphrasis Erasmi* sæpe translata, *Osiandri*; *Augusti*, Ducis Brunsvicensis. 2. Commentatorum diversæ classes a. *Ratione temporis*, ubi *Patres Scholastici*, *Reformati*. b. *Methodi*, alij *Scholastica*, alij *Ecclesiastica* incedunt via. c. *Religionis*, Judæi, Christiani; ex his *Reformati*, *Pontificij*, *Sociniani* &c. *Loci*, *Orientalis* vel *Occidentales*. Ex illis *Syri*, *Arabes*, *Græci* &c. Ex his *Latini*, *Germani*, *Angli*.

Paraphra-
sticæ Ori-
go.

Quoad ultima mens nostra respicere potest tempora, non observamus antiquius commentandi esse genus, quàm *Paraphrasticum*, usitatum quippe jam in Synagoga Judaica, inde à captivitate Babylonica, cujus instituti rationes satis luculentas alibi jam dedimus. Hæc verò scribendi ratio ut compendiosa valde est, ita, ubi feliciter succedit, magnam meretur laudem. Cur enim laude illa careat opera, quæ verum & genuinum scripturæ sensum, continua serie, paucorum verborum accedente subsidio, quæ vel Ellipsis lacunas implent, vel obscuriorum & difficiliorum vocum & phrasum difficultatem tollunt, exhibet? In *Christianismo* commentandi hæc Methodus, circa & post Reformationem usitatior esse cœpit, quàm antea (vix enim, si à Glossæ ordinariæ authore discesseris, alius occurrit inter mediæ ætatis scriptores) semel verò introducta, mirè placere cœpit. Quamprimum in campum doctæ suæ *Paraphrasi Latina* prodijt *Erasmus*, in alias *Germanicæ* præsertim *Linguam*, illa statim fuit traducta. Sequutus per universum Testamentum postea fuit *Lucas Osiander* (cujus *Paraphrasis Latina* extat & *Germanicæ*) & ex intervallo *Serenissimus Brunsvicensium Dux, Augustus*, qui media inter discrimina ferilis belli *Germanici* exquisito judicio ex universa *Evangelica Historia* concinnavit, cum potiorum vitæ omnium *Servatoris nostri* actuum, tum illarum *Evangelicarum*, quas jam aliquot seculis *Occidentales*, *Septentrionalis*que *Ecclesiæ* ex

Evangelij & Epistolis sacris excerptas, Dominicalibus pariter aliisque festis diebus in sacris conventibus solent legere, Harmoniam; deinde & eorundem omnium luculentam ac perpetuam Paraphrasin. In singulares quosdam libros Psalterium præsertim multorum extare paraphrases, postea audiemus. Et certè optandum esset, ut ne nunc quidem hoc Scripturas Sacras explicandi studium abjiceremus, tantò quippe utilius, quantò compendiosius & solidius. Medullam habet & nucleum judiciosissimum hoc *παραφρασεων* studium. Reliqui, qui ad explicandam Scripturam Sacram appulerunt animum, paulò sunt prolixiores: Id quod integra illorum probant commentaria, magno numero in Bibliothecis, tam publicis, quàm privatis obvia. Placet autem, ut pro rei dignitate agamus, de hoc studio succinctè quidem, sed tamen & distinctè loqui: quod ut fiat, Exegeticam Theologiam universam considerabimus ratione temporis, Methodi, religionis & regionis.

I. Temporis respectu, alij *primæ*, alij *mediæ*, alij *ultimæ* ætatis commentatores censentur. Illi *Patres* sunt & Doctores Ecclesiæ Primitivæ, quos inter primus occurrit *Origenes*, (nam quæ Clementi Alexandrino in Epistolas Canonicas tribuuntur, huc non pertinent) Alexandriae Scholæ Doctor, qui gustum Veterum Platonizantium retinens Alexandrinorum Professorum, Iudæorum etiam, nimia luxuriavit allegoromania. Quamvis negari non debeat, ad literalis sensus scrutinium multum contulisse laboriosissimam *Hexaplorum* &c. texturam. Post *Origenem*, & extra Scholam Alexandrinam, nulli commemorantur, quibus hæc studia publica (de privata enim industria non dubitamus) fuerint curæ; ad quartum usque seculum, quo Ecclesiæ, quæ Asceticâ potius & Martyrologicâ antea exercebatur Theologiâ, jam per orbem tuta & honorata, ad pleniora se accinxit Scripturarum Commentaria. Excellunt autem *Chrysostronus* dicendi elegantia, & phraseos *δενότητι*, *Augustinus* acuminè, *Hieronymus* exacta, qua duo præcedentes destituebantur, Orientalium Linguarum notitiâ. *Origenes* tamen & *Origenianæ* Methodi nimius admirator. *Isidorus pelusiota* *εκλογας* potius Epistolicas, quàm integra scribere voluit commentaria. Magno postea sequutifuerunt numero alij, *Basilius*, *Ambrosius*, *Hilarius*, *Ruffinus*, *Apollinarius*, *Calsiodorus*, *Cyrillus Alexandrinus*, *Eucherius*, *Procopius*, *Theodoretus*, *Anastasius Sinaita*, *Gregorius Nyssenus*, *Philos Carpathius*, *Theophilus Antiochenus*, *Isychius*. Et alij quidem commentati sunt in 1. *Genesis*, *Origenes*, *Chrysostronus*, *Cyrillus Alexandrinus*, *Eucherius*, *Procopius*; In *Hexameron*, *Basilius*, *Ambrosius*, *Augustinus*, *Anastasius Sinaita*. 2. *Exodum*, *Origenes*, *Augustinus*, *Theodoretus*, *Procopius*. 3. *Leviticum*, *Origenes*, *Isychius*, *Procopius*, *Augustinus*, *Theodoretus*. 4. *Numeros*, *Origenes*, *Procopius*, *Augustinus*, *Theodoretus*. 5. *Deuteronomium*, *Augustinus*, *Theodoretus*, *Procopius*. 6. *Iosua*, *Origenes*, *Augustinus*, *Theodoretus*, *Procopius*. 7. *Judicas*, *Origenes*, *Augustinus*, &

Distin-
dio In-
terpre-
tum.

A.
Ratione
Tempo-
ris.

N. Patres.

Theo.

Theodoretus. 8. *Libros Regum*, Theodoretus, Gregorius in I. 9. *Paraleipomena* Theodoretus. 10. *Tobum*, Origenes, de quo tamen dubitatur, Olympiodorus, Gregorius in *Moralibus*. 11. *Psalms*, Hilarius, Ambrosius, Chryso-
 stomus, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Apollinarius, Rufinus, Casiodorus. 12. *Ecclesiasten*, Gregorius Thaumaturgus, Gregorius Nyssen-
 us, Hieronymus, Olympiodorus. 13. *Cantica*, Origenes, Philo Carpathius
 Gregorius Nyssenus, Gregorius M. 14. *Iesajam*, Origenes, Basilius, Hierony-
 mus, Cyrillus, Procopius. 15. *Ieremiam*, Hieronymus, Origenes, Theo-
 doretus. 16. *Ezechielem*, Origenes, Hieronymus, Theodoretus, Gregorius
 M. 17. *Danielem*, Hieronymus, Theodoretus. 18. *Prophetas minores*, Hiero-
 nymus, Cyrillus, Theodoretus. 19. 20. *Matthæum*, Theophilus Antiochenus,
 Origenes, Hilarius, Chryso-
 stomus, Hieronymus, Augustinus, Gregorius
 Nyssenus. 21. *Marcum*, Theophilus Antiochenus. 22. *Lucam*, Idem & Am-
 brosius. 23. *Iohannem*, Theophilus, Origenes, Chryso-
 stomus, Augustinus,
 Cyrillus Alexandrinus. 24. *Acta*, Chryso-
 stomus. 25. *In omnes pauli Episto-
 las*, Ambrosij nomine venit commentarius; Chryso-
 stomus, Theodoretus. Ad
 Romanos, Origenes, Augustinus. *Galatis*, Hieronymus, Augustinus; ad *Ephesios*,
 Hieronymus; ad *Titum & philemonem* idem. 26. *In canonicis Epistolis*, Clemen-
 ti Alexandrino, à quibusdam tribuuntur, de quibus tamen ipse dubitat *Beilari-
 minus*. Didymus Alexandrinus. 27. *In primam Iohannis*, Augustinus. 28. *Apo-
 calypsin*, Victorinus Martyr, Andreas Cæsariensis.

Media
 ætatis
 Scripto-
 res.

Post excessum *Patrum*, seculo septimo & deinceps satis etiam multi ad hoc
 scribendi genus se applicuerunt, tum *Græci*, Oecumenius, Euthymius, Theo-
 phylactus, Zacharias Chryso-
 politanus, tum *Latini*, sive in omnem scripturam,
 ut Rabanus Maurus, Anselmus Londinensis; Strabus, Hugo Cardinalis, Ni-
 colaus Lyranus, Dionysius Carthusianus; sive in singulos libros, in *Genesin*,
 Beda, Rupertus, Alphonsus Abulensis; Thomas Cajetanus, Alcuinus. In
Hexameron Bonaventura, Iohannes Picus. In *Exodum*, *Leviticum*, Numeros, *Deu-
 teronomium*, Beda, Rupertus, Abulensis, Cajetanus. In *Leviticum* separatim
 Cajetanus, Radolfus; in *Deuteronomium* Oleaster; In *Iosua* iudices, Ruth, Abu-
 lensis, Cajetanus. In libros *Samuëlis & Regum*, Beda, Hugo Victorinus, Rhi-
 chardus Victorinus, Abulensis, Cajetanus. *Paraleipomena*, Abulensis, Caje-
 tanus. *Efram*, Beda, Cajetanus. *Tobiam*, Beda. *Audub*, Rabanus Esiber, Ca-
 jetanus. *Tobum*, Beda; Thomæ etiam tribuitur. In *Psalms*, Remigius, Beda,
 Haymo, Bruno, Victorinus, Rupertus, Guilielmus Parisiensis, Thomas in
 Psalmum 50. Bernhardus in Psalm. 90. Thomas Cajetanus, Iacobus de Va-
 lentia, Franciscus Titelmannus, Franciscus Savanerola. *Proverbia*, Beda, Ho-
 norius, Guilielmus Parisiensis, Cajetanus. In *Ecclesiasten*, Salinius, Alcuinus,
 Hugo Victorinus, Guilielmus Parisiensis, Bonaventura, Cajetanus. In *Canti-
 ca*, Beda, Anselmus, Ambrosius Ansbertus, Honorius Augustodunensis, Apo-
 nius,

nus, Bernhardus, Thomas, Ægidius Romanus, Rupertus Tuitiensis, Robertus Holcot. In *Sapientiam*, Robertus Holcot. In *Ecclesiasticum* idem & Nicolaus de Gernas. In *Iesajam*, Thomas, Ioachimus Abbas. *Ieremiam* idem & Haymo. In *Izrenos* Paschasius Radbertus, Hugo Victorinus, Bonaventura. In *Ezechielem*, Richardus Victorinus. In *Danielem*, Ioachimus Abbas. In *Prophe-
tas minores* Rupertus, Remigius Antissiodorensis; Hugo Victorinus in duos tantum. In *Matthæum* Beda, Claudius Scotus, Christianus Druthmarus, Rupertus, Anselmus, Thomas, Alphonsus, Abulensis, Zacharias Chryso-
polititanus, Guilielmus Parisiensis; Richardus de Media villa, Cajetanus. In *Marcum*, Beda, Theophylactus, Zacharias Chryso-
polititanus, Euthymius, Cajetanus. In *Lu-
cam* Theophylactus, Beda, Euthymius, Bonaventura, Bernhardus, super-
missus est; Cajetanus, Zacharias Chryso-
polititanus. In *Iohannem* Beda, Theo-
phylactus, Euthymius, Rupertus, Hugo Victorinus, Thomas, Bonaventura,
Richardus de Media villa, Zacharias Chryso-
polititanus, Cajetanus. In *Acta*,
Beda, Oecumenius, Cajetanus. In *omnes Epistolas Pauli*, Primasius, Beda,
Sedulius, Haymo, Theophylactus, Rodolphus Flaviacensis, Oecumenius,
Anselmus seu potius Hervæus, Bruno, Petrus Lombardus, Hugo Victori-
nus, Thomas Aquinas, Gregorius de Arminio, Thomas Cajetanus. In *Episto-
lam ad Romanos*, Ægidius Romanus. In *Epistolas Canonicas*, Beda, Thomas,
Iacobi; Gregorius de Arimino. In *Apocalypsin*, Primasius, Beda, Haymo,
Ambrosius Ansbertus, Richardus Victorinus, Oecumenius, Anselmus, Are-
tas, Rupertus, Ioachimus &c. Hanc verò periodum non satis fuisse in expli-
catione Scripturæ Sacræ felicem, alibi prolixè demonstravimus. Fatetur Mel-
chior canus, rarissimos hac ætate repertos, qui Linguas Originales intelligerent,
quomodo ergò eam expectassemus ἀκριβείαν, à qua fontium accurata inspe-
ctio abesse non potest? Fatentur alij, ut postea audiemus, trecentis ante Refor-
mationem annis, Theologos nugis fuisse delectatos, quæ igitur explanationis so-
lidas speranda? Quanquam non defuerint, qui Veterum exemplam & Metho-
dum sequenti, pristini illius vigoris aliquot retinuerint vestigia, prout *Bernhardum*,
Augustini discipulum, *Theophylactum* Chrysoptomi Epitomatorem fuisse con-
stat. De *Lyrano* nostri festivè solebant iudicare, quòd non semper deliraverit,
& quòd, nisi *Lyranus* lirasset, Lutherus non saltasset.

III. Ultima post Reformationem periodo Exegetica studia maximè florue. 1. Nostræ
runt. Hæc enim prima Reformationum cura fuit, ut verbum Dei antea vel ætatis
rarò, vel jejunè, vel obscurè propositum, ex ipsis fontibus clariùs proponeretur, scripto,
commodius exponeretur, doctius illustraretur. Id quibus initijs, & progressi-
bus sit factum, videndum postea nobis est. Sunt autem Tractatores Refor-
mati vel *generales*, qui totum V. T. illustrarunt Commentarijs, ut Theodorus
Bibliander, cujus scripta Exegetica, antehac à magnis Theologis in Anglia &
alibi desiderata, intra privatos tamen hætenus parietes latuerunt; Anglici Theo-

logi, Diodatus, Conradus Pellicanus, Iohannes Calvinus, Iohannes Piscator David Pareus; Velspeciales, in certos tractatus extant ita in *pentateuchum* integrum Martinus Cellarius (Hebraico vocabulo *Borrhau*) Franciscus Iunius, Benedictus Aretius, Calvinus, Drusius, Alstedius, Henricus Ainsworth, Brentius, Chytræus, Fagius. In *Genesim*, totam Zuinglius, Oecolampadius, Musculus, Martyr, Mercerus, Gualtherus, Lutherus, Marlhoratus, Strigelius, Ioh. Gerhardus, VVilletus & nuper Rivetus. *Historica quedam*, ut Blasisij de Protoplastis, Bucasi de Sacrificio Abrahami c. 22. Altingij Schilo c. 49. Calixti & Corvini Historia Iosephi, Digbæi in c. 1; nostrum Hexaëmeron in c. 1. & *ἑξήκοντα* Abrahami c. 22. Melanchthon in aliquot loca. In *Exodum*, Bibliander, Zuinglius, Simlerus, Pelargus, VVilletus, Rivetus; Melanchthon in *difficiliora* loca; Sebastian Schmidius in c. 12. v. 11. *Leviticum*, Bibliander, Iacobus Frisius, quem utranque habeo *ἀνέκδοτον*; Paulus Constantinus Phrygio, Erasmus Sarcerius, Andreas VVilletus. In *Numeros*, Bibliander Msc. Atterfol, Franciscus Iunius, Pelargus, Iohannes Pomeranus, Erasmus Sarcerius. In *Deuteronomium* Lutherus, Ioh; VVolphius, Cyriacus Spangenberg, Pelargus. *Iosiam* Calvinus, Chytræus Drusius, Anthonius Iackson, Ludovicus Lavaterus, Ioh. Mayer, Iohannes VVolffius. *Iudices*, Brentius, Bucerus, Chytræus, Drusius, Ludovicus Lavaterus, Ioh. Mayer, Martyr: *De voto Iephthæ* Spanhemius & Cappellus. *Ruth*, Mercerus, Gualtherus, Lavaterus, VVolphius, Brentius, Chytræus, Drusius, Ioh; Mayer. In *samuelis* libros; Bibliander, Brentius, Drusius, Mayer, Martyr, Strigelius, VVilletus, Bugenhagenus, in 2. lib. Lavaterus in *Historiam Nabalis* c. 25. Borrhau, Franciscus Lambertus, Nicolaus Galafius. In lib. *regum* Brentius, Drusius, Martyr, Mayer, Strigelius, VVolffius, VVellerus. *Paraleipomena* Ludovicus Lavaterus, & Erasmus Sarcerius. *Efram*, Brentius, Bibliander, Lavaterus, Mayer, VVolffius. *Nehemiam*, Brentius, Bibliander, Lavaterus, Iohannes VVolphius. *Estheram* Bibliander Brentius, Drusius, Lavaterus, Gualtherus, Mayerus, Petrus Merlinus. *Iobum* Brentius, Calvinus, Beza, Caryl, Coccejus, Drusius, Lavaterus, Mercerus, Merlinus, Borrhau, Mayer, Piscator separatim. *Psalms* vel *integros*, Henricus Ainsworth, Amesius, Calvinus, Iohannes Poord, Bugenhagenus, Musculus, Mollerus, Aretius Felinus, 1. e. Martinus, Bucerus, Piscator, Strigelius, Szegedinus, Mayer Anglie. Rivetus, Robertus Rollocus, Scultetus, Cramerus; Eobanus carmine reddidit, quod notis illustravit Vitus Theodorus, Oecolampadius, Andreas Hyperius, Iacobus Fabricius; vel *singulares* quosdam Bullingerus in Psalm. 130. & 137. Lutherus & VVolffius Iohannes in Psalm. 110, de regno Melsiæ: Calvinus Psalm. 16. de fugienda Idololatria: Item in Psalm. 27. Brentius Decades aliquot scripsit. Camero in Psalm. 68. v. 17. Ernestus Andrea Psalm. 119. Cartwrightus Psalm. 15. Ioh: Grosius Psalm. 51. Matth. Erbius Psalm. 17. Fridericus Gölerus Psalm. 119. Matth. Martinius Psalm. 2. Iohannes Leonticus in Psalm. 68. Rollerus

Rollocus in Psalm. 3. 6. 16. 23. 32. 39. 42. 49. 51. 62. 65. 84. 116. 130. 137. Sadeel. in Psalm. 32. Polanus in Psalm. 13. Thomas VVolphius in Psalm. 15. Theodorus Zuingerus in Psalm. 1. Anhornius in Psalm. 127. v. 3. 4. 5. de educatione liberorum. *Ecclesiastica Paraphrasi soluta* explicuit Theodorus Beza, Iohannes Campensis: *ligata* Eobanus Hesius, Iacobus Lectius. *commentaria scripserunt*, Brentius, quæ tersè Latinitate donavit Gastus, Broughtonus, Thomas Cartwrightus, Lavaterus, Lutherus, Melanchthon, Mercerus. In *proverbia Paraphrasi Campensis: Commentaria* Roberti Baynesij, Thomæ Cartwrighti, Ioh. Dod. Lavateri, Lutheri, Melanchthonis, Merceri, Mayeri. In *canticum* Henricus Ainsworth, Alstedius, Brightmannus, Lutherus, Mercerus, Lambertus, Mayerus, Beza. *Iesajam*, Bullingerus, Calvinus, Lutherus, Brentius, Marloratus, Mollerus, Musculus, Scultetus, Pembleus, Bucerus, Serranus. Item, Oecolampadius, Gualtherus, Szegedinus, Vrsinus, Zuinglius. In *fragmenta quædam* In c. 53. Rivetus, Hornbeckius, Lutherus, L'Empereur, Spanhemius, Gualtherus in c. 38. de *Ezechia*, Scultetus: in c. 47. de Magis. Bibliander ad enarrationem Iesajæ, *ieremiam* Brentius, Calvinus, Zuinglius, Bullingerus, Szegedinus. Ad c. 20. Lutherus, c. 3. v. 4. Frischmathus. *Lamentationes*, Daniel Tossanus, Broughtonus, Calvinus, Bullingerus, Martyr, Melanchthon, Zuinglius. *Ezechielem*, Calvianus, Iunius, Lavaterus, Polanus, Szegedinus, Oecolampadius. *Danielem*, vel universum, Alstedius, Broughtonus, Bibliander, Bullingerus, Calvinus, Iunius, Lutherus, Melanchthon, Parkerus, Polanus, Rollocus, Szegedinus, VVilletus: vel certa fragmenta, Lutherus in visionem Danielis 7. de Anri Christo, de LXX. Septimanis, Bullingerus, Grasserus. In *δωδεκάτερον*, Calvinus, Hemmingius, Drusius, Stephanus Fabricius, Tarnovius, Oecolampadius, Gualtherus, quem Msc. habeo, Danæus. *Hoseam*, Brentius, Capito, Lutherus, Mercerus, Mollerus, Polanus, Rivetus, Tremellius, Zanchius. *ioelem*, Lutherus, Fabricius, Mercerus, Drusius, Grynæus, Lambertus. *amosum*, Brentius, cuius & annotationes extant, & Commentarij prolixiores, cum Lutheri præfatione, ubi de Laboribus Brentij agitur: Lutherus, Mercerus, Sebastianus Benefield. *ionam*, Abbotus, Brentius, Iunius, Koningh Episcopus, Lutherus, Mercerus, Grynæus, Drusius, Happelius, VVillius. *Micham*, Brentius, Chytræus, Lutherus, Billicanus, Stuckius Guil. (sed *ἀνέκδοτος*) Munsterus Sebastianus, Paulus Constantinus Phrygio. *Nabum*, Bibliander, Chytræus, Crocius, Lutherus, VVincelmannus, Drusius. *Habacuc*, Chytræus, Lutherus, VVincelmannus, Capito, Grynæus Iacob, Drusius. *zephaniam*, Bucerus, Lutherus, VVincelmannus, Lambertus, Drusius. *Haggæum*, Melanchthon, VVincelmannus, Vrbanus Rhegius, Iodocus VVillichius, Grynæus. *zachariam*, Chytræus, Lutherus, Melanchthon, Guil. Pembleus, VVillius Balth. Grynæus, Bullingerus, Stuckius Guil. Msc. *malachiam*, Frid. Balduinus, Chytræus, Melanchthon, Mollerus, Polanus, Richardus Stock.

VVinkelmanus, VVillius, Munsterus Sebast. *Novum Testamentum* universum Commentarijs illustrant *theoreticis*, Erasmus, Beza, Drusus, de Dieu, Scultetus, Heinſius; *præctics* Bullingerus & Gualtherus, & Epitomator Marloratus; *Mixtis*, Aretius, Toffanus, Cartwrightus, quibus commodè addi possunt erudita & succincta Strigelij *ἑρμηνείαι*. In quatuor *Evangelia* Brentius, Bucerus, Calvinus, Iohannes Mayer, Chemnitius. Adde Balduinum VValæum, qui reliquorum interpretum explicationes, maximè Philologicas, collegit. *Matthæum*, Oecolampadius, Bucerus, Musculus, Piscator, Danæus, Melanchthon; In certas sive *Historias*, sive *Sectiones*, sunt Gualtheri in c. 4 de tentationibus; Collodoni Iesus Nazarenus: Cameronis in c. 16. v. 18. 19. & 20. & 27. c. 17. v. 10. 11. 12. 13. & v. 24. 25. 26. 27. & c. 18. v. 1. & 2. 3. 4. 5. ubi prolixè de Pharisæis agit & tentationibus. Ioh. Valkonier in c. 2. de Magis. *Marcum*, Bucerus, Myconius, Danæus, Bullingerus, Gualtherus, Piscator, Hegendorphius. *Lucam* Robertus Stephanus, Bucerus, Franciscus Lambertus, Iohannes Islebius, Bullingerus, Gualtherus, Agricola, Myconius, Piscator: In *certa memata*, Lutherus in B. Virginis Mariæ, & Zachariæ odas, *Magnificat* & *Benedictus*. Iohannes VVirzius in c. 25. *Speculum Gratia & Misericordiæ Divinae*. Vſerius in c. 3. de Cainane. Brentij *Homeliæ* 10. 11. in 12. Capp. *Iohannem* totum Hemmingius, Lutherus, Melanchthon, Musculus, Pelargus, Rollocus, Tarnovius; Oecolampadius, Cruciger, Gualtherus, Piscator: *Partes*, Bullingerus de dextera Dei c. 14. v. 1. Adde Iohannis VVillingij conciones ex c. 14. & 17. *pedum pastorale*, sive conciones duas in Ioh. c. 20. v. 15. 18. Danielis Featley & Roberti Harisij: Davidis Amerbachij Lutherani in c. 20. *Iohan.* de adulterina, ut vocat, Calvinistarum clave. In *Acta* Brentius, Bullingerus, Gualtherus, Calvinus, Ioh. Mayer, Toffanus, Hemmingius, Pelargus, Iohannes Malcolonus; Iusti Ionæ Scholia; Christophori Hegendorphij in c. 15. de *Fide Patrum*; de *lege cibaria* prolixè nuper & eruditè contra Curcellæum Heideggerus. In *epistolis paulinis* omnes, Bullingerus, Calvinus, Dav. Dicksonus, Gualtherus, Andreas Hyperius, Ioh. Mayer, Musculus, Toffanus, Conradus Vorstius, Hemmingius, Bucerus, Aretius. Ad *Romanos* Balduinus, Brentius, Bucerus, Martyr, Melanchthon, Musculus, Gerhardus, Gomarus, Rollocus, Scultetus, VVilletus, VWilſonus, Oecolampadius, Olevianus, Antonius Fayus, Iodocus Nahum, & nuperrimè Theodorus Zuingerus. 1. ad *corinthios* Martyr, Melanchthon, Lutherus in c. 15. Sebastianus Meyer. 2. ad *corinthios* Sebastianus Meyerus, Ioh. Brandmullerus; *Galatas* Balduinus, Brentius, Lutherus, Musculus, Perkinsus, Rollocus, Ioh. VVigandus, Ioh. VVinkelmanus, Grynæus. *Ephesios* Olevianus, Nahum, Rollocus, Zanchius, Paulus Bayn, Balduinus, Bucerus, Ioh. Crocius, Musculus, Scultetus. *philippenses*, Henr. Airay, Balduinus, Brentius, Gomarus, Musculus, Olevianus, Christophorus Hofmannus, Zaachius ad. In utramque ad *Theſſalonicenses* Zanchius, Quirinus Reuterus, Robertu

bertus Rolloeus sum notis Piscatoris, Zuinglius, Gomarus, Masculus, Sclaterus V Vilhelm, Petrus Stevartius. Ad c. 2. *poster. Epist. notæ Simplicij Verini*, in doctissimicujusdam viri commentationem. Ad *Timotheum* priorem, Cruciger, Danæus, Chytræus; In c. 2. Lutherus de *spe beata*. Iosephus Medus ad c. 4. v. 1. 2. 3. In c. 3 v. 15. Exercitationes Godofredi de *Ecclesia & incarnatione christi*. In *posteriorem* Thomas Hall in 3. & 4. Capp. In *utramque* Caspar Megander & Alexander Alexander Alesius. Titum Alesius, Ioh. Crocius, Scultetus, Thomas Taylor, Megander, Cruciger, Christoph. Hofmannus, Zacharias Vrsinus. *philemonem* Bucerus, Rollocus, Atterføl, Brentius, Dan. Dycke, Gomarus, Scultetus. Ad *Hebræos* vel integram, Megander, Grynæus, Nahum, Rollocus, Bullingerus, Hegendorphius, Dicksonus, Gerhardus, Gomarus, Hyperius, Polyc. Lyserus, Scultetus. *Fragmenta*, Cameronis responsa ad quæstiones in Epistolam ad Hebræos. Spanhemius de *authore* Epistolæ ad Hebræos, Calvinus de *ferenda* pro Evangelio Christi *persequutione* ex c. 13. Huldrici Zuinglij B. sermones 40. inc. 11. Apologia Erasmi sive explicatio c. 2. ad Hebr. In 7. *catholicas*, Alstedij, Bullingeri, Gualtheri, Hemmingij, Calvini, Turnemanni. *Iacobi*, Brochmanni, Iacobi Laurentij, Ioh. Mayeri, Andreæ Althameri, Christophori Imleri, Thomæ Tacki, in 1. & 2. Caput. *Utramque* petri Leo Iudæ, Bibliander, Hieron. V Vellerus, Amesius, Nic. Bifeild. Ioh. Gerhardus; Gomarus; Iac. Laurentius, Lutherus, V Vinckelmannus. In I. *Iohannis* Danæus, Turnemanus, Zanchius. II. Grynæus, Danæus. III. Danæus. *Iudæ* Danæus, Hyperius, Iunius, Lutherus, Perkinsus, Sibelius, Imlerus, Guiljelm. Ienckyn, Thomas Manton. *apocalypsin*, Alstedius, Brightmannus, Camerarius, Chytræus, Couperus, Forbescius, Gerhardus, Laurentius, Medus, Napier, Perkinsus, Toffanus, Colladonius, Foxus, Grasserus, Pareus, quem Synopticè nuper reddidit Henricus Dieftius, Theologus Däventriensis meritisimus, magnus noster amicus, à quo, dum hæc nos occuparent studia, insigne pietatis *κρημνίσιο* nobis fuit oblatum. Ex *pontificijs* verò, Reformationum exemplo, multi excitati, Exegeticam Theologiam etiam diligentius indies tractare cœperunt. Hanc Reformationi felicitatem Pontificij satis libenter ferunt acceptam. Hanc (verba [a] sunt judiciosissimi Theologi Hispani, *Alphonfi de Castro*) *prohdolor hodie invasionem à Lutheranis patimur, quibus adeò frequens est Evangelium & Paulina Epistola, ut nihil aliud spirare videantur. Verùm, Deo immensa agenda sunt gratia, qui omnes has Ecclesia infestationes ad suam & Ecclesia gloriam vertit, qua ictibus percussa ad meliora provehi cogitur. Nam hujusmodi hæreticorum causa factum est, ut relictis quibusdam nugis, quibus*

à trecentis (ingenua profectò ingenui hominis confessio) hucusque homines sese dedere, ad meliora studia se transtulerint. Quo fit, ut multo plures viros doctos nunc Ecclesia possideat, quàm à quadringentis retro actis annis usque habuerit. Quæ enim antea in Scholis tradendæ Theologiæ tam Topicæ, quàm Exegeticæ obtinuerit ratio, ex Bitontino [a] Episcopo discere iuvat. Divina, inquit, Scriptura olim proh dolor! quanto omnium damno negligebantur? Vigebat spinosa & molesta nescio quæ Theologia, de instantibus, relationibus, de quidditatibus, de formalitatibus, itémque hac omnia syllogismis arte contortis, & humanis duntaxat argutis, quæ procul dubio qua auctoritate recipiuntur, ea & refelli possunt, pertractabantur. Tota penè atas in hominum decretis, quæ inter se pugnancia semper, nullo tempore concilianda, alunt perpetuam per secula litem, conterebatur. Is sublimis Theologus habebatur, qui majora portenta pro suis traditionibus affingere sciret, pretijque pars erat, gloriola inanis, non intelligi grandia illa verba, quæ alto supercilio, inter mulierculas de sacris literis philosophantes, trutinabant. Juraverant universi divini verbi duces in Magistrorum verba. Hinc sexcenta secta Thomistæ, Scotistæ, Occanistæ, Baconistæ, Albertistæ, Aegidiani, Alexandrei. O scelus! Posthabebantur Evangelia, Epistola, Christiana Philosophia delitescerebat, à paucissimis tractabatur, sed frigide, non enim dicam insincere. Sed cautius paulo mercari didicerunt. Commentari enim in illos etiam paulatim cœperunt scriptores, quorum auctoritatem antea maximo conatu nostris voluerunt ereptam. Et sunt quidem eorum etiam Commentatores vel generales in universa Biblia, vel speciales in quosdam libros. In universa Biblia, ex Hebræorum Commentarijs desumptæ extant notæ Francisci Vatabli, brevissima Emanuelis Sa, Mariana, Stephani Menochij. In plerosque libros scripsit Cornelius à Lapide, quæ tamen opera laboriosa magis est, quàm Exegetico-Scholastica. Cujus Epitomator (quo loco ab ipsis habetur Pontificijs) est Tirinus. In pentateuchum Bonfrerius, Olearter, Fab Paulutius, Tostatus, Augustinus Steuchus, Eugubinus, Seraphinus, Capponus à Porreeta. In Genesin Aloysius Lipomannus, Ambrosius Catharinus, benedictus Pererius, Alcanius Martinengus, Hieronymus Vielminus, Mar.

[a] Epist. ad Rom. c. 6, pag. 279.

Martinus del Rio, Ludovicus Yftella, Marinus Mersennus, sed admodum prolixè, in aliquot tantum capita: Benedictus Ferandez. *Exodum*, Lipomannus, Oleaster, Pererius, Yftella, Iansenius in 5. priora capita. Lorinus, *Leviticum*, Petrus Serrarius, Hieronymus Oleaster, Iohannes Lorinus. *Numeros*, Oleaster, Lorinus. *Iosuum*, Bonfrerius, Andreas Masius, Iohannes Ferus, Cosmus Magellianus, Nicolaus Serrarius, Rupertus, Toftatus &c. *Iudices*, Bonfrerius, Arias Montanus, Cosmus Magellianus, Serrarius, Toftatus, *Ruth*, à Costa, Bonfrerius, Gasparus Sanctius, Serrarius, Toftatus. *Samuelem* Mendoza, Serrarius, Sanctius, Toftatus. *Reges* Serrarius, Sanctius, Toftatus. *Paraleipomena*, ijdem. *Efram*, Sanctius. *Ecclesiasten*, Fevardentius, Serrarius, Sanctius. *Iobum* Franciscus Titelmannus, Franciscus, Fevardentius, Iohannes de Pineda, Sanctius, Iohannes Ferus, Augustinus Steuchus. *Psalms*, Augustinus Steuchus, Iansenius, Iohannes Lorinus, Genebrardus, Arias Montanus, Antonius Agellius, Robertus Bellarminus, nuperrimè Simeon de Muis, Aloysius Legionensis in Psalm. 26. VVicelius in Psalm. 120. Savanorola in Psalm. 51. In *Proverbia* Cornelius Iansenius, Theodoreus Peltanus, Salazar. In *Ecclesiasten* Ferus, Titelmannus, Iansenius, Lorinus, Pineda, Sanchez, Serrarius, *canticum*, Titelmannus, Ludovicus Legionensis, Martinus del Rio, Iohannes à Iesu Maria, Ludovicus Soto major, Sanctius. *Iesajam* Adamus Sasbout, Hector Pintus, Leo à Castro, Franciscus Forerius, Thaddæus Augustinianus, Did. Alvarezius, Augustinus de Quiros, Sanctius. *Ieremiam* Christophorus Castrius & Andreas Capella, Maldonatus, Petrus à Figueiro, Sanctius. *Lamentationes* Agellius, Castrius, Del Rio, à Costa, Ferus, Pinctus, Sanctius, Toscanus, à Figueiro, Maldonatus. *Ezechielem* Maldonatus, Pinctus, Sanctius, Serrarius, Villalpandus, Hieronymus Pinctus. *Danielem* Maldonatus, Pererius, Pinctus, Sanctius. *Prophetas minores*, Arias Montanus, Franciscus Ribera, Petrus à Figueiro, Sanctius. *Hoseam* Hieronymus Guadaluop. *Ionam*, à Costa, Fevardentius. *Nabum*, Pinctus. *Haggæum*, Iohannes Eccius. *Malachiam*, Gab. à Costa, Augustinus de Quiros. In *Novum Testamentum*, Cornelius à Lapide, Erasmus, Salmeron. In 4. *Evangelia*, Barradius, Iansenius, Maldonatus, Arias Montanus, Aloysius Novarinus, Adam Contzen, Salmeron. In *matthæum* Iohannes à Lovanio, Iohannes Ferus, Paulus Palatius Melo, Iansenius, Franciscus Lucas, Brugenfis, Alphonfus, Avendanus, Claudius Guilliardus, Alloysius Novarinus, Toftatus. *Marcum* Iohannes Suarezius, Iohannes Serrius, Isidorus Clarus, Hieronymus Guadalopenfis, Gasparus Melo, Stella, Toletus, Vitalianus Zuccolo. *Iohannem*, Ferus, Toletus, Serrius, Michaël de Palatio, Ribera. In *Acta* Iohannes Gagnæus, Iohannes Lorinus, Salmeron, Ferus, Nicolaus Gorranus, Novarinus, Stapletonus. In *Epistolas paulinas* Ambrosius Catharinus, Gagnæus, Benedictus Iustinianus, Gorranus. *Romanos*, à Soto, Sasbutus, Titelmannus, Sadoletus, Toletus,

Toletus, Conzen, Pererius, Stapletonus, Galatus, Sasbournus, *Phbesios*, idem, Augustinus de Quiros. *Philipenses*, Sasbournus, Velasquezius, *colossenses* Sasbournus, de Quiros. Ad *timotheum* Claudius Espensæus, Iohannes à Lovanio, Sasbournus, Cosmus Magallianus, Ludovicus Soto. *philemonem* Fevardentius. *hebreos* Sasbournus, Ludovicus Tena, Ribera, Michaël de Palatio. In *catholicis Epistolis*, Gagnæus, Serrarius, Gorranus, Estius. *Jacobi* Didacus Daza, Fevardentius, Lorinus, de Quiros. *petri* 1. Iohannes à Lovanio, Fevardentius. In 2. Sasbournus, Fevardentius, Lorinus. 1. *iohannis*, Iohannes, à Lovanio, Iohannes Lorinus. 2. Lorinus. 3. Lorinus. *iude* Sasbournus, Lorinus, Fevardentius, de Quiros. *Apocalypsin* Calius Pannonius, Iohannes Gagnæus, Pererius, Ribera, Blasius Viegas, Alcazar, Gorranus, Melo &c. De singulis iudicare, aut alios ab alijs characteristico discernere indice, temerarium fortè videatur; dum quod exactè lectum non est, accuratè intelligi non potest. Si verò intellectum non fuerit, quomodo iudicium admittat? Observatum interim est, ex his Commentatoribus Pontificijs, alios *scholasticam* sequi Methodum, & de sensu potiùs illato defendendo, quàm piè inferendo cogitare: Vnde prolixæ & planè Scholasticæ quorundam digressiones. Hoc censu habentur Cajetanus, Daza, Estius, Michaël de Palatio, Dominicus Soto. Alij ad *praxin* propiùs accedunt, & non contemnenda illius suggerunt subsidia, ut Ferus, Iansenius, Brugensis. Ille certè magnum ubique probat in praxeos studio Zelum, contra abusus etiam, qui paulatim in Ecclesiam irreperunt. *Paulus* etiam de *palatio*, Conimbricensis Theologus tantum fermenti Pontificij non habet. Alij fontes ipsos urgent, nugæ Scholasticorum detestantur, dignum textu commentandi genus sequuntur. In hac classe excellunt Masius, Arias Montanus, & qui nuper accessit Simeon de Muis, Doctor Sorbonicus, cujus in Pfalterium commentaria à nostratibus tum ob candidum & Theologicum dicendi genus, tum ob studium, textum ex fontibus deducendi, non negliguntur. Alij verò *rhapsodi*, aliorum tantum, veterum præsertim compilant & contrahunt labores. Huc pertinent Gorranus, Cornelius à Lapide, Maldonatus, Mendoza, Pererius, Salmero, Tirinus, Toletus, Serrarius; nempe ut Cathedræ se accommodarent. Errores hinc inde satis masculè reprehendunt, veritatèque defendunt Ferus, Montanus, Espensæus, Guiliardus, ex quibus probatu fuerit promtum, pauca vel deprehendisse Reformatores, vel reprehendisse, quæ non ab ijs etiamnum sint observata, unde & Bellarminus ad Espensæum, & Ariam Montanum notat, *cautè* eos legendos esse.

Ex his omnibus observamus Cathedris Romanis, præ cæteris, destinatum Cornelium à Lapide, ejusque Epitomatores Tirinum, non quòd ille vel ingenio accedat Tostato, Abulensi, Thomæ, Lyrano, Cajetano, Estio, Sanchezio; vel eruditione & Linguarum apparatu Ariæ Montano, Vatablo, Muifio; vel iudicio

judicio & Methodi à *Beza* Emanuelli Sa, aut *Marianæ*, quorum quidem breves, sed doctiores, ut plurimum sunt observationes; verum, quia sua populout placent, conscripsit commentaria, ex *Discipulo de tempore*, *Cantipratensi*, *Legendis*, *vitæ patrum*, collecta, & aliquo eloquentiæ mangonio fucata proposuit. Plus ergo impendisse videtur laboris, quam *sa* & *Mariana*; minùs ostendit judicij & ingenij. De *Drexelio* agemus, ubi ad Ecclesiasticam deventum fuerit Theologiam.

Magna autem in Exegetis Methodi observatur varietas. In genere & ab- Varietas
solutè quadruplex interpretationis genus natum, *Grammaticum*, *Logicum*, *Ora-* Methodi.
torium & *mixtum*. *Grammaticum*, verborum, phrasium, rituum, proverbio-
rum, quo literalis eruatur & illustretur sensus, constat explicatione. Hanc
curam Philologiæ Sacræ, de qua supra, potissimum relinquimus, Sed & *scholastiæ*
hoc secuti sunt genus scribendi; Ex *veterbis* Athanasius, Hieronymus, Theo-
pylactus, & Oecumenius; ex *recentioribus*, Piscator, Drusus in utrumque
Testamentum, Vatablus, Tremellius & Junias, in Vetus; Beza & Camera-
rius in N. T. *Logicum* est, quo coherentia & series tractationis monstratur; quæ-
stiones, argumenta, & membra omnia articulatè resolvuntur, distinctèque
proponuntur. De hoc veteres non multum laborarunt, recentiores verò in
eo excellunt, præsertim *Analytici* Junius, Piscator, Pfacherus, alij *Oratorium*,
Rhetorum more, fusiore Oratione quæstiones singulas pertractat & ad locos
Communes refert, Theoricos & Practicos. Palma ex *veterbis* debetur Basilio,
Chrysofomo, Gregorio Nazianzeno, Augustino & alijs. Inter *recentiores*
celeberrimi sunt, Lutherus, Bullingerus, Gualtherus, Iohannes Volphius,
Ludovicus Lavaterus, Volphius, qui integras scripserunt Homilias. *Mixtum*
denique est, cum vel priora omnia miscuntur, vel quædam ex ipsis conjun-
guntur. Ad hunc ordinem ex *veterbis* refertur Hieronymus, Chrysofomus;
ex *recentioribus*, Bucerus, Calvinus, Musculus, Pareus, Rivetus, Coccejus.
Scholastici magis sunt Martyr, Spanhemius, Crocius Iohannes. Atque hi
authores exitiam omnes merentur laudem, eamque eò majorem, quò auri
sunt fortius consuetudinis tyrannidem aggredi, & aliud, quam per aliquot se-
cula obtinuerat, scribendi genus, inferre. Habent enim posteriores hi nostri
scriptores præ Antecessoribus laudem 1. *certitudinis*: illi enim Vulgarum, ut
plurimum, adeoque Latinum Interpretem, quam ipsos fontes maluerunt in-
terpretari: Id quod profectò quandoque est *Ἰὼν Ἰουῶν ἀμαρτάνειν*. Hi fon-
tes consuluerunt ipsos. *illi* in humani Ecclesiæ judicij cynosuram omnia resol-
verunt: *hi* solam ex sola Scriptura explicationem admiserunt. 2. *Perspicuita-*
tis: *illi* allegoromania laborantes, textum sæpe clarum & perspicuum densissi-
mis involverunt tenebris. Quidlibet faciliùs eliciuisses, quam longè petitas
& absurdas, quæ Scholæ sæpe placuerunt, *παρερμηνείας*. *Hi* verò vel facilia
& obvia parallelismo illustrarunt, vel obscuris lucem aliunde attulerunt, utro-
bique

bique *πνευματικὰ πνευματικοῖς συγγραμματα*. 3. *pretij & sinceritatis*: illi couponari solebant Verbum Dei, miscere varijs Philosophorum, Aristotelis, Averrois &c. placitis: hi verò *ὡς λόγια ἔργα* suos tractarunt textus. 4. *ingenuitatis*: illi sensum Allegoricum, Anagogicum, Tropologicum magna temeritate, & summo Ecclesiæ detrimento intulerunt: hi verò sensum literalem ex Scripturis eruerunt, erutumque ad varios usus applicuerunt. 5. *Decoris & honestatis*: illi fabulis nonnunquam & impijs moralisationibus nimium indulserunt: hi verò *ἁπλοῦς πνευματικῶν λόγων* religiosissimè servarunt. Et quanquam omnium Theologorum Reformatorum suprâ memoratorum recordatio sit in benedictione, omnes etiam in Scripturæ Sacræ explicatione non minorem pietatem probârunt; quàm eruditionem, non malè tamen ex isto primas, *temporis* ratione, deferri Zuinglio, Luthero, Bibliandro, soliditatis Bullingero, Melanchthoni: *subtilis & exactæ tractationis* Calvino & Martyri: *usûs*, Gualthero, VVolfijs: *accurationis* Pareo, Riveto, *in geniosa & artificiose* mixturæ Anglis. Illud insuper notandum, à Reformato-ribus nostris non *archetypos* tantum, *schematismos, Ideas, Methodos* &c. concionum fuisse expectandas: sed integra concionum corpora, Homilias formatas. Adeo enim paulatim fontes illi per Philistæos erant impudenter obturati, ut nonnisi cum conatu aliquo potuerint vel aperiri, vel ad usum revocari. Obviæ enim sunt Theologorum Practicorum querelæ, de studijs juventutis malè, exemplo nempe receptæ Methodi, collocatis, de Theologia Practica neglecta. Monebant, urgebant proinde, etiam optimi quique, Reformatores, ut vel sua communicarent *μελετήματα* privatim, vel publicæ ea exponerent luci. Nova igitur facies erat inducenda, novi formandi concionatores, quod ut fieret, non digitus tantum debebat intendi, sed & exemplo præiri, quo magnam profectò eo tempore Theologi sibi conciliarunt gratiam. In Bibliotheca nostra Tigurina exempla collegimus magnorum Theologorum, Germanorum, Anglorum, &c. qui nec sumptibus nec laboribus, ut ejusmodi obtinerent subsidia, pepercerunt. Id quod contra eos monendum duxi, qui ab infelicitate illorum temporum remotiores, non satis æstimare videntur tantorum laborum pretium, Ninia prolixitate meditandi materiam alijs ereptam, præter necessitatem, conquerentes. Quasi jussissent præclari illi Theologi verbotim omnia exscribere, & non posteritati potius probare, quanta cum difficultate illi primas superare salebras, glaciæque frangere coacti fuissent! Testimonia potius sunt exantlatorum feliciter laborum, & eorum, quos alij nouerunt ausi aggredi, conatum, quàm materia vel invidiæ, vel ingratitude, vel otiosorum pulvilli.

Cæterum, quid post tot sanctas lucubrationes, & absolutissima in S. Scripturam commentaria, nobis etiam videatur superesse, & qua scribendi Methodo, nobis quoque nostra, in S. Pandectas demonstranda religio atque fides, quibus

bus illud officij ratione incumbit, commemorare hoc loco nihil attinet. Extat iudicium nostrum tum in disputatione nostra publica de Theologia Exegetica, tum aliorum de conatibus illis suffragium, in Bibliotheca Tigurina, ubi hujus tractationis ferè propria est sedes.

IV. Tertium Commentariorum discrimen ex diversitate Religionis oritur. Et quanquam hoc variè posset institui, compendio tamen acturi, ad duas eos revocamus classes. Cùm enim Scripturæ Principium soli admittant *Judæi & Christiani*, & illi quidem Vetus tantùm, hi verò utrumque Testamentum, ab utrisque etiam satis hæc studia fuerunt exculta. Et *Judæos* quidem quod attingit, postquam & ipsi diversis studijs scindi cœpissent, alij, *Pharisæi*, Deuterote, sive *Traditionarij*, Traditiones Veterum, alij *Scripturarij* (*Samaritani*, ex parte, utpote qui Pentateuchum tantùm admiserunt, *Sadducæi* ex toto: totum enim Veteris Testamenti textum recipiant, non, ut quidam volunt, solum Pentateuchum) Scripturam tantùm admisissent, commentarijs etiam paulatim inclarescere voluerunt. *Pharisæi* sive *Traditionarii*, serius ad hæc accesserunt studia, in suo ultra mille annos Talmude occupati. Duodecimo seculo *Iarchius*, *Aben Esra*, *Kimchius* iam prodierunt, quos deinceps magno numero sunt sequuti, ad nostra usque tempora, plurimi, qui vel *universalia* in totum scripserunt textum, commentaria, vel singulares libros. Utrorumque Catalogum habet Bibliotheca nostra *Orientalis*. *Judæis* *Iarchius*, quia succinctus est & Talmudicus, maximè placet. Christianorum usibus vel *Abarbanel*, tum ob Methodi perspicuitatem, tum etiam materiæ selectum accommodatissimus est, vel *R. Schelomo ben Mallec* in suo *Miclol Iofi*, cujus in exponendo sensu literalis non est contemnenda industria, styli insuper facilitate commendata: *Kimchius* fons est cæterorum, qui Grammaticum erunt sensum, unde negligi non debet. *Aben Esra* profundior, modò Philosophum agit, Physicum, Mathematicum &c. modò Theologum. Alij mixti, jam Talmudica sua proponunt somnia, mox sensum literalem juvant; de quibus consuli potest & *Bibliotheca Orient. & Primit. Heidelb. Karraitæ* eodem etiam seculo duodecimo animum ad commentandum applicuerunt, teste authore libri *Iuchasin*. Successerunt postea alij, qui tamen hæctenus à nostris rariùs potuerunt obtineri. Quicquid verò huc usque eruere de *Karraitarum* scriptis potuimus, placuit illud commemorare, tum in *Primit. Heidelb.* pag. 23, 24, tum in *Biblioth. Orient* p. 24, 97. *Anan & Benjamin*, teste *Esra*, hic agmen ducunt. Sed & idem *Esra* varias à fidei socijs in Commentariis calcatas ostendit vias 1. *Longam*, ut vocat, & *latam*, *Judæorum* inter *Ismaelitas* viventium. 2. *Rudem & simplicem* *Karræorum*. 3. *Αλληγορικῶν ἑρῶν*. 4. *Rhapsodicam* Græcorum & Romanorum, qui Veterum *Dersachim* colligunt. 5. *Mediam*, quæ in vocum primo, postea & rerum extat examine. Cæterum, quem ex his Commentarijs Christiani haurire possint usum, suo loco diximus, quamvis ne monere quidem sit opus. *Vatablus*, *Junius*, *Mercerus*, *Drusus*, suo satis docuerunt exemplo.

Ratione
religionis.

non sine fructu in Theologia Exegetica Iudæorum sollicitari industriam. De Samaritanorum Commentariis hæctenus ex illorum tantum Translationibus judicare licuit & Historijs quibusdam. De christianis primæ, mediæ, ultimæ ætatis Commentatoribus jam supra egimus.

Ratione
Regionis

Orientalis.

V. *Regionis sive climatum* superest respectus, quem Veteres libenter observarunt. Theodoretus nobis ostendit τὰ νοτιὰ καὶ βόρεια περιαινούσας αἰτίους τῆς ἰσοπέρας διδασκαλίας πρὸς ἡλίον ἀνιχόντα. Atque, sicut alij Orientales erant, alij Occidentales. Inter orientales referimus. 1. Græcos, qui hæc felicissimè tractarunt studia, Chrysostomus præsertim, non facundiâ minus, quàm perspicuitate celebris, adeoque magno semper in Ecclesia Latina & Græca loco habitus; Athanasius, Basilus &c. quorum fatis & nomina, & opera sunt nota. 2. Syros, qui & ipsi plures dederunt in S. Scripturam explicationes, quàm vulgo innotuit. Sunt qui univèrsum contextum Commentarijs illustrarant, ut Ephremus Syrus, (etsi videatur quosdam libros excipere Ebed Jesu pag. 45.) Iacobus Nisibensæ, Perlarum Civitatis Episcopus. Habetur & Syrus scholiastes, qui succinctas in utrumque Testamentum scripsit notas, & catena in quatuor Evangelia; Dionysius in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum & Apocalypsin; Soadædus, in loca S. Scripturæ difficiliora; Iacobus Episcopus Edessenus in Hexaëmeron: de quibus in Bibliothec. Oriental. Præterea Narsæo Commentaria tribuuntur in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Iosuaam, Iudices, Ecclesiasten, Iesajam, Δωδεκάπρόφητων, Ieremiam, Ezechielem, Danielem. Abrahamo de Beth Raban in Iosuaam, Iudices, Reges, Ecclesiasticum, Iesajam, Δωδεκάπρόφητων, Danielem, Canticum Canticorum; Iohanni de Beth Raban in Exodum, Leviticum, Numeros, Iobum, Ieremiam, Ezechielem, Proverbia, Quæstiones in Vetus & Novum Testamentum. Mor. Aba, Magno, in Genesim, Psalmos, Proverbia, utramque ad Corinthios, & tres sequentes, ad Hebræos. Discipulis ejus in Danielem. Chanano Chadiboje in Genesim, Iobum, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Δωδεκάπρόφητων, in Marcum, Epistolas Pauli. Hiba in Proverbia. Paulo Nisibensi, in Sacram Scripturam. Babai magno expositio in omnes Figuratas Scripturæ locutiones. Inter mille nongentos libros Iosepho Videnti assignantur Expositio visionis Ezechielis. Ieschua. Iabbo in Davidem. Michaeli Quæstiones de figurata elocutione Scripturæ, tribus comprehensæ Tomis. Theodoro Episcopo Maru, Comment. in Davidem. Gabrieli, ejus fratri, documenta & elucidationes variarum rerum, quæ sunt trecenta circiter capita (vel sectiones, 𐤒𐤓𐤐𐤕 Syriac. Vid. thes. philol. pag. 221. & centur. Heidelb. pag. 198.) juxta Computum eruditorum. Elia Metropolitæ Maru Thargumim, sive Paraphrases; doctrinæ item lectionum totius Evangelij, in Genesim, Proverbia, Davidem, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Ecclesiasticum, Iesajam, Δωδεκάπρόφητων

ὡς Φητον, in Epistolas Pauli. *Gabrieli Aria* Commentarius in Scripturam, sed non totam. *Iosue Bar Nun*, quæstiones in totam Scripturam, duobus tomis. *Elisæo*, Interpreti; Comment. in Iobum, ad Corinthios, & tres sequentes. *Bar chad beshbabo*, in Marcum & Davidem; *michea* Doctore in libros Regum: *Cyro*, Thargumim seu Paraphrases & Explicationes. *sergio* in Ieremiam, *Ezechielem*, *Danielem*. *Maro*, Persæ, Comment. in *Danielem*. *Danieli Tobonitæ* Interpretationes, Solutiones Quæstionum Sacræ Scripturæ. *Ahubus* *Catarita* Commentarijs illustravit totum Novum Testamentum, Legem, Prophetas. *Dencha* Psalmos; *teschudad* Novum Testamentum: *Dod teschu*, *Danielem*, Libros Regum, & Ecclesiasticum tribus Tomis: *cyriacus*, Paulum Apostolum: *Nathanael* Psalmos: *Hanan teschu*, *Hirtensis* Episcopus, scripsit quæstiones in Scripturas. *Emanuel*, Doctor, *Hexæmeron*, carmine. *Ebed teschu*, librum Expositionis sive Commentariorum Veteris & Novi Testamenti. Ex quibus omnibus *Ephremi* Syri, non in Syriaca tantum, sed & alijs Ecclesijs celeberrimum fuit nomen. Iam in primitiva Ecclesiæ discipulis suis, æstimatus est: *ἡ εἰρησὸς ἁλλων*. Syriæum καὶ ἐξοχὴν Prophetam appellant, ut *Elisæum* Interpretem, *Michæam* Doctorem, *Mor-Aba* magnum. Nostrum est optare potius, quàm sperare tempus, quo ex αὐτοψία iudicium de eo facere liceat. Sed de Patribus Ecclesiæ Syriacæ postea agemus.

De *Æthiopicis* constat, illos Græcorum scriptis uti translatis, quàm novis vacare maluisse, qua de re consuli potest *Biblioth. [a] nostra orientalis*: Extat typis vulgatus sermo *chrysofomi* *Æthiopicus* de nativitate Christi, nuper, cum versione Latina, editus. *Arabum* etiam scripta exegetica vel sunt domi nata, *Elisæ III. Patriarchæ* *Antiocheni* conciones festales, *Schahidus* &c. vel translata, prout *Chrysofomi* & *Basilii* opera apud eos extare [b] ibidem indicavimus. Ex *Elisæ* Oratione natali patet, eos de styli potius elegantia, quàm rerum copia laborasse. Conglomerant ubique synonyma, quod tamen propterea vitio ipsis non est vertendum, quia Muhammedanis hac ratione argumentum, quod ad defendendam impietatem suam, ex styli Alcoranici floribus mutuunt, debebat eripi, & ita delicatæ Muselmannorum aures permulcendæ.

Sed & *Ægyptiacis* vetustissimas Ecclesias Scripturam Sacram Lingua vernacula & translata legisse & explicatam, docent Commentaria in universum contextum sacrum *Ægyptiaca*, quæ in Bibliotheca extant Vaticana, & in *Madræ* *Cayri*, ubi multa MMl. millia asservari [c] dicuntur.

De reliquis Orientis Ecclesijs *Georgianis*, *Armenis*, *Persis*, *Indis*, *sinensibus* &c. nihil hæcenus vidimus, quod quidem ad præsentem pertineat tractationem. Magnatum hic expectanda est cura, quæ quod in Arabicis jam & Syriacis,

[a] C. 6, [b] Ib. pag. 63, [c] Ib. pag. 313, 317.

abundè est præstitum, de cæteris etiam prospiciat, quod quanto est difficilior, tanto majoris gloriæ ostendit campum.

Occiden-
tales.

In occidentalibus Ecclesiis initiati fecerunt *Latina*, cui, quid debeamus, *Augustino* præfertim, *Ambrosio*, *Hieronymo* &c. supra indicavimus. Illud notandum est, Commentarios Latinorum veterum plerosque, fidei quàm textus originalis majorem observare Analogiam: illam enim pauci admodum, ut debuissent, religiosè fuerunt secuti. Postea, cum *Latina* Lingua vernacula quidem esse desisset, auctoritate tamen Pontificis & Ecclesiæ Romanæ in peragendis sacris adhibita fuisset, *Latinæ* sive *Romanæ* Ecclesiæ doctores suos etiam illa Lingua dederunt Commentarios. *Germani* ante Reformationem pauca scripta exegetica dederunt. *Theologorum Viennensium* conciones *Passionales Germanicæ* *Mss.* & *Tauleri* Sermones in usum publicum descripti, hinc inde in cœnobiis, & Monasteriis affervabantur. Post Reformationem verò univèrsa Ecclesia *Euro-pæa* commentandi labores cum conatu & successu aggressa est:

Et plerique quidem propterea *Latinam* etiam retinuerunt Linguam, quòd, inter doctos recepta, medium illa esset, quo fieret, ut omnibus per orbem Linguae illius peritis innotesceret, quidquid omnibus etiam erat scriptum & conceptum. *Germanicæ* Ecclesiæ, etsi paulò serius ad Christianismum admittæ, gloriæ fregerunt ut Reformationis, ita piæ & solidæ in S. Scripturam meditationis. *Erasmus Roterdamus* doctæ suæ paraphrasi mox & Germaniam eruditam sibi devinxit, & alios vel ad translationem scripti Latini, vel idem studium provocavit. Secuta enim postea Reformatio hoc ante omnia egit, ut suaderet, Dei voluntatem revelatam solum S. Sc. Canonice libris contineri; ad eam ergo ceu normam recurrendum, quoties curvas suas hypotheses mortalis obtruderet. Quo obtento, perspicuis Commentariis, & explicationibus familiaris illa debuit reddi. A duabus hoc potissimum Ecclesiis & Scholis expectandum tum erat, *Tigurina* & *Vittebergensi*. *zinglus* in hoc genere studiorum felicissimus, sed aliis impeditus magis necessariis occupationibus, lampadem successoribus reliquit & Collegis, *Pellicano*, *Bibliandro*, *Bullingero*, *Gualthero*, qui, quid in hac palæstra præstiterint, in schola nostra *carolina*, ejusque de *Tigurinorum Bibliotheca*, appendice, ostendimus. In *Vittebergensi* Academia rem prope modum novam fuit auspiciatus *philippus Melancthon*, qui, impulsore *Luthero*, postquam *Erasmi* paraphrasis prodisset, ad hoc scribendi genus se accinxit, ut ostenderet, non literam tantum, sed & Spiritum, id est, verum sensum, quod in *Erasmo* illi desiderare videbantur, investigandum. Primus hic labor ita placuit *Luthero*, ut omnibus eum Scholasticis prætulerit. Memorabilia sunt verba ejus, annotationibus *Melancthon.* An. Ch. 1523. *Argentorati* impressis, præfixa; Ego, inquit, quod impii *Thomista* suo *Thoma* mendaciter arrogant, scilicet, neminem scripsisse melius in S. Paulum, tibi verè iribuo, &c.

Ego

Ego scio, quo spiritu & iudicio sic de te pronuncio. Mox: Dico, Hieronymi & Origenis Commentaria esse meras nugas & ineptias, si tuis annotationibus comparentur. Eandem deinceps operam aliæ etiam susceperunt Ecclesiæ, & Academiæ in Germania, Belgio, Hungaria, Polonia, ita tamen ut ferè semper unus & alter fuerit, quem denique alii suum fecere, translatione. Ex Heidelbergensi Academia Triumviri, Tossanus, Pareus & Sculetus, sunt quorum scripta Exegetica & Practica magno cum Ecclesiæ fructu omnium eruditorum manibus etiamnum teruntur. Gallia ut plurimum in suo acquievit calyvo, Favello, Vireto. Alii tamen, sive vernacula, Lingua sive Latina editis Commentariis, sermonibus &c. subinde erant succenturiati. Nostra ætate & styli perspicuitas, & rerum varietas maximè commendavit Molinæum, communem Galliæ præceptorem. Quid Angliæ Respublica Christiana hoc debeat nomine, fusè jam in Bibliotheca Anglicana ostensum est. Illud Helvetijs vitio nemo vertet, si & suis Ecclesijs, hujus, post Reformationem, studij, primitias vindicent. Id quibus initijs & gradibus successerit, breviter indicabimus. Quam primùm Zuinglio nostro spes per amicos obtinendi apud Tigurinos Plebanatus est facta, ipse quoque campum sibi in tam antiqua & celebri Ecclesia in explicatione Scripturæ solida & mascula patere ratus, iisdem statim constare voluit, non se, more vel seculi, vel Antecessorum, obscuros & insulsos exscripturum Homeliarios, saltuatim pro arbitrio ea, quæ vix cohærent, decerpturum, quæ consuetudine essent introducta, identidem inculcaturum, sed veterum, Chrysostomi, Augustini, aliorumque exemplo, ipsum ab ovo Matthæum ordine explicaturum, adeoque Theologiæ Ecclesiasticæ nitorem suum restitutum. Id quod, ad luculentam Curæ spartam Zuinglius admissus, magno cum applausu præstitit. Erant enim, ex primarijs civibus, qui initio statim concionum in Matthæum observârunt, aliter Psittacos loqui, aliter homines. Aliter conductæ Postillarum, Moralisationum, Legendarum mancipia, aliter virum *δυνατὸν ἐν γλώσσῃς*. Initio autem, restitutæ hujus Theologiæ Ecclesiasticæ feliciter facto, illud Zuinglius impetravit, ut & magnum excitaret scrutandæ Scripturæ Sacræ apud plebem ipsam desiderium, & luculentum, inter Scripturam & receptos longo usu errores monstraret discrimen. Tantò verò magis hæc Zuinglij placuit Methodus, quantò ille & majus robur adhibuit in Orationis emphasi, & gravius pondus in selectu materiarum. Præter illa verò, quæ coram Plebe, ratione officij Ecclesiastici, dicenda ei erant, non usque adeò multa; talia tamen, quibus magnam sui apud exteros excitavit admirationem, & quibus in veritatis agnitione magni viri multum detulerunt; scripsit Zuinglius Commentaria, ne ab ipsius Scripturæ lectione, quam revocatam ille potissimum & commendatam volebat, plebem avocaret. Autoritate interim sua effecit, ut Scholæ Theologicæ Tiguri institutæ in Scripturæ potius

potius explicatione, quàm Locorum Communium tractatione occuparentur. Unde etiam factum postea, ut *Biblander*, *pellicanus* &c. ad Scripturæ potissimum Professionem vocarentur, quam certè tantò cum successu exornarunt Provinciam, ut primi illi fuerint, qui uniuersum contextum V. T. perspicuis illustrarunt Commentarijs. Præiit *Biblander*, communis Theologiæ Exegeticæ parens, vir felicissimi ingenij & diffusæ eruditionis, sequutus *pellicanus*: Exemplo eorum, aliorumque hortatu, alij deinceps, tum Ecclesiastica tum Scholastica Methodo cœptam telam continuarunt, *Homilius*, *Archetypus*, *commentaria* vel in plerosque, vel præcipuos alterutrius Testamenti libros scripserunt: *Bullingerus* præsertim, cujus Decades magno ubique cum fructu & applausu exceptæ, Scholis non minùs quàm Ecclesijs poterant seruire, *Gualtherus*, *Volphius Johannes & Henricus*, *Lavaterus Ludovicus*, *Simlerus*, &c. qui accuratissimus atque iudiciosissimus semper est habitus, *Petrus Martyr*. Qui quidem omnes ab exteris etiam Theologis in hoc studiorum genere cum maximis Primitivæ Ecclesiæ collati sunt Scriptoribus. Horum laboribus cæteri per Germaniam, Angliam, Galliam, &c. vel adiuti vel excitati, animum etiam magno fervore ad hæc studia applicuerunt, usque adeò, ut vel mediæ annorum Centuriæ spatio, tum in uniuersa Biblia, tum in certosejus libros plura prodierint plenissima & absolutissima Commentaria, quàm multis antea retro seculis.

